6
3-D
42 M

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
1 I
15

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-3-D-42
76-D-17

70 A 8 17

Digitized by Google

Digitized by Google

JO. ULRICI STEINHOFERI,

WURTEMB.

GRÆCIA SACRA,

HOC EST,

RITUS

ATQUE

CONSUETUDINES

VETERUM

GRÆCORUM

CIRCA SACRA

EX LUCULENTIS OPTIMORUM SCRIPTORUM TESTIMONIIS COLLECTÆ, ET METHODO, QUÆ VISA EST, PLANISSIMA, TENEBRASQUE ANTIQUARUM RERUM FELICITER DISPELLENTE, HIS PAGINIS PERTRACTATÆ.

PRÆCEDIT OPUSCULO

HISTORIA

GRÆCIÆ LIBERÆ,

IN QUA AGITUR DE ORIGINE, SITU, NATURA, INDOLE ET RELATIONE GRÆCORUM AD ALIAS GENTES, IN SCRUTINIO VETERUM MONUMENTORUM OPPIDO NECESSARIA.

TUBINGÆ,

SUMTIBUS JO. GEORG. COTTÆ,

ANNO MDCCXXXIV.

BIBLIOTECA NAZIONALE V. E. ROMA

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Candido Lectori S.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

PHilologia atque litterarum humaniorum ſtudio nihil præſtantius, nihilque utilius & magis neceſſarium eſſe, multi Viri docti variis ſpeciminibus abunde demonſtrarunt. Nominandæ loco omnium ſunt præclaræ commentationes *Joannis à* WOWER de Polymathia, qui magno rei litterariæ detrimento ultra triginta & octo annos vitam haud produxit, atque *Gerhardi Joannis* VOSSII, Viri optimi & modeſtiſſimi, de Philologia. Neque vero terminatur illa in Grammatica linguarum cognitione; etſi hæc quoque diſciplina inter artes ingenuas quam maximum meretur pondus, & cum ſumma cura tractanda eſt, quod, ut baſi totum ædificium, ita huic certe fundamento omnis noſtra ini-

nitatur cognitio: verum complectitur etiam alias ſcientias, quas, quia homine atque ingenio honeſto ac liberali ſunt digniſſimæ, humanas adpellitamus & liberales. In arte Grammatica ingenium ſuum, conatu prorſus laudabili, noſtra ætate exercuerunt Viri celebres, in Hebræa quidem lingua *Joannes Chriſtophorus* SPEIDEL, Paſtor & Præcept. Alumn. Maulbron. meritiſſimus, Græca vero, inprimis ſolertiſſ. Conrector Cizenſis, *Joannes Chriſtophorus* HERZOG & ANONYMUS in der Griechiſchen Sprache teutſcher Grammatic, Wolffenbüttel, 1715. 8. quorum cogitata rationalia operæ pretium erit ut attendantur. Referimus huc quoque artem dicendi, quam inter Romanos omnium optime QUINTILIANUS explanat, etiam in Gallicum idioma perbelle transfuſus par Mr. l'Abbé GEDOYN; inter Græcos vero Rhetores, uti Celeberr. ſcribit MORHOFIUS in ſuo Polyhiſtore, late regnum tenet optimus maximusque eloquentiæ magiſter, ARISTOTELES, quo vero nemo plenius in iſta brevitate ſubtiliusque artem oratoriam tradit, quam exigua trium librorum mole fere

omnem

omnem exhauſtam cernas: excepta ſolum figurarum doctrina, quæ ab ipſo non eſt exculta, neque characterum diverſitas, in quibus ceteri poſt Ariſtotelem præclaram operam poſuerunt.„ Porro non prætermittenda Poëtica, cujus rationem poſt PLATONEM, qui in Dialogo ſuo de Furore poëtico, poëtas non arte humana, ſed divina quadam infuſione ſua protuliſſe ſtatuit, quam feliciſſime iterum laudandus ARISTOTELES tradidit, eamque ob cauſam à celebri Auctore in judicioſiſſimorum ex antiquitate Criticorum numero habetur. Inprimis vero celebranda hic venit Critica, multis ſine ſuo merito perquam odioſa, ſiquidem in omnibus fere diſciplinis conſtantem & eximium præſtat uſum, uti præter alios de Critica Sacra oſtendit Reverend. *D. Joann. Chriſtianus* KLEMMIUS in Exercitiis Criticis, p. 8. Eſt autem ea nobis facultas non judicandi ſolum de vario ſcriptorum genere, præcipue Veterum, & dignoſcendi, quænam genuina ſint, quæ ſuppoſititia, quænam depravata, variisque de cauſis male adfecta, hincque emendanda, & contra, quæ recte ſe habeant, atque

ſciolorum iſtorum temeritatem & audaciam nunquam ſint experta: verum etiam facultas illuſtrandi atque interpretandi difficiliora Veterum monumentorum loca. Præclare itaque, ſicut in omnibus, *Reverendiſſ. Dn.* PFAFFIUS in primitiis Tubingenſibus, Parum, inquit, proficimus linguarum cognitione, niſi ars accedat Critica, utpote quæ nos doceat, ſenſum ſcriptorum recte perſpicere & explicare, genuinam verborum phraſiumque ſignificationem eruere, genium eruditionemque Scriptoris ſtilumque, quo utitur, dijudicare, ſcripta ſpuria & interpolata à genuinis ſecernere, loca item corrupta emendare, & easdem animo ideas formare, quas formavit ille, qui ea litteris mandavit, quæ nos legimus.„ Quo etiam adducor, ut credam, ideo Grammaticos olim etiam Criticos fuiſſe adpellatos, ac viciſſim, quod non circa literas, ſyllabas & voces tantum verſabat eorum induſtria, ſed & maxime circa ſenſum atque intelligentiam rerum, ut verum verborum ſignificatum indagarent, difficiliora illuſtrarent, quæque lectorum diligentiam detinere & hebe-

hebetare facile poſſent, ex ſuis derivata fontibus redderent planiora. Ad hæc omnia officia, quæ Philologiæ debemus, rite obeunda neceſſariam eſſe judicamus ſolidam notitiam Antiquitatum varii generis, quæ tanquam mater eſt omnis reliquæ cognitionis, quam ex Veteribus haurire mens erit atque fideliſſima diſpenſatrix totius antiquæ ſupellectilis, quæ homini πεπαιδευμένῳ non minus, quam nova inventa placebunt, illique haud mediocri poterunt eſſe ornamento. Quis enim vel in levioribus priſcorum ſcriptis ſenſuum veritatem pervidebit ſine notitia antiquitatum? quis non, inculta & deſerta plane hac nobiliſſima eruditionis parte, ſuis cæcutiet oculis, quando ingenium rebus antiquis imbuere, & hominum à noſtra ætate longiſſime remotorum præclara monumenta diſcernere ſibi propoſitum habet? Non loquar de ſcriptis gravioribus, quæ vel perſpicaciſſimorum Virorum aciem interdum præſtringunt, præſertim in Græcis verſantium, cum Viri docti dudum animadvertiſſent, ne *Livium* quidem citra hæc ſtudia à quoquam legi, vel ſaltem medio-

diocriter intelligi poſſe. Quod autem omnino legi mereantur iſtiusmodi ſeculorum antecedentium relicta cimelia, exinde clariſſime patet, quod ſoli rebus, quæ ſciri poſſunt ac debent, omnibus ſimus impares, & veterum cogitatis opus habeamus aliquo modo ſublevari, quo veluti prægrandium horum ſenum humeris ſuffulti, quemadmodum ait *Vir celebris*, longius proſpicere, & notitiam noſtram ad majorem gradum provehere tuto queamus. Neque ex receptis hujus ſeculi moribus veteres judicare, nec ex conſuetudinibus noſtrorum temporum ad antiquas concludere integrum eſt, cum magna rerum intercedant diſcrimina, &, in tanta varietate ingeniorum, per tot annorum intervalla, alia ſoleant interire, alia vero collocari in propatulo, ut, qui ex hisce circumſtantiis illorum proprietates metiri vellet, omnino valde deliraret. Nihil dicam de inſigni uſu, quem cognitio rituum antiquorum, etiam profanorum, præſtat ac dudum præſtitit in evolutione ſanctioris codicis, cum unius GROTII exemplo, quem omni æſtimatione dignum

gnum cenſemus, res omnis certa ſit atque explorata, quanquam & hujus ratio docendi egregia pridem à quibusdam hominibus fuerit adlatrata, nunc vero à clariſſimis doctoribus libenter admiſſa. Cum igitur abſque horum ſtudiorum ſolerti tractatione in priſcorum ſcriptis nemo videre, cum non niſi temere & valde leviter de iis queat judicare, prætereaque magno ad incrementa ſtudii biblici ſubſidio deſtituatur, qui hic ſibi haud provideat, quis eſt, qui non in hanc fodinam auri atque argenti deſcendere, rebusque priſcis adcuratas recentiorum meditationes locupletare dicam? an ornare geſtiat? Quam fructuoſum eſt, antiquas hiſtorias percurrendo in vetuſtiſſimis temporibus providentiam ſupremi Numinis cernere mirabiliter ludentem? quam utile, virtutes atque vitia hominum tanta morum ſimplicitate præditorum in ſuis gradibus pervidere, atque ſemina veræ religionis ab adnaſcentibus in dies falſarum doctrinarum fraudibus feliciter dignoſcere? neque enim confuſa Gentium turba varias tantum imagines arte factas, ligneas,

lapideas, eboreas, ſimilesque, totidem Deos, vel Deas eſſe unquam perſuadebatur ut crederet, ſed ſub hujusmodi ſymbolis Deum ipſum, rerum omnium conditorem, toti naturæ præſidentem, eamque regentem & gubernantem cum ſuis Adminiſtris venerari conſuevit, ex quo fonte poſtea prono veluti alveo fluit cultus totius quoque naturæ, tanquam partis divinæ eſſentiæ, quæ mundum, cunctasque res viſibiles, qui error erat, animavit, easque charactere aliquo divinitatis donavit, uti pluribus docetur in Diſſertatione, quæ inſcribitur *Facinus Phineeſi* vulgo *Zelotæ*, ex Numer. XXV. quam, ſub præſidio Doctiſſ. *Davidis* SCHEINEMANNI, Tubingæ quondam habuit *Venerandus Parens noſter*, inprimis §. 6. Ita non pœnitebit nos, cognitis ſuperſtitionum ethnicarum fontibus, intelligere, quod veriſſimum ſit effatum APOSTOLI, notitiam Dei omnibus gentibus ita eſſe manifeſtatam, atque cordibus inſcriptam hominum, ut in tota hac univerſitate neque fuerit unquam, neque futurus ſit populus, qui divinitatem non crederet; quum

enim Auctores loquuntur de Gentibus Atheis, non id interpretandum ſic, ut dicamus, apud eas nullam unquam Deorum ſuſpicionem fuiſſe, ſed ad impios duntaxat iſtarum mores referendum eſt, quales nos deſcribit Gigantes MACROBIUS, quales STRABO Callaicos ſive Luſitanos: ut omnino ſolida ſint, quæ BULLINGERUS de gentibus pronunciat, ne illis quidem defuiſſe religionem veram, ſi ea uti voluiſſent: quæ MUSCULUS, cognitionem fuiſſe gentibus, quæ debeat ad verum Dei cultum ducere; duceret enim, niſi illam per idololatriam impedirent: & MARTYR, Ethnicos fuiſſe inexcuſabiles, quia, quod ab ipſis præſtari potuit, non fecerunt, citante GROTIO *in epiſtola quadam ad Gedeonem à Bœtſelaër & Aſperen*, in Eruditorum ep. Eccleſ. & Theologicis, p. 449. Ita juvabit in Veteribus obſervare, quanta ſit perverſitas ingenii humani, quanta inconſtantia, ſuoque indulgendi genio pronitas, quum videamus immenſam Deorum multitudinem, ac miram diverſitatem, qua diſtinguebantur in Deos, qui prodeſ-

ſe,

ſe, & obeſſe inſigniter poſſent, adcurateque ſexum etiam in divinis diſcriminare ſtudebant, colebantque Deos ἀῤῥενοθήλεις, ut nimirum Deorum nomine vim activam & effectricem omnium rerum, Dearum autem promulgatione facultatem paſſivam & cauſam materialem exprimerent. Conſideranda hæc ſunt diligentius, quam vulgo fieri ſolet, inprimis dogma iſtud de duobus principiis, bono altero, altero malo, quum etiamnum dentur homines, quibus hæc commenta non magnopere diſpliceant, qua de re videndus præ ceteris *Joannes Chriſtophorus* WOLFIUS in Manichæiſmo ante Manichæos, & inter Chriſtianos redivivo. Quid quod etiam incrementa aut decrementa ſtudiorum & litterarum per omnes temporum viciſſitudines par eſt cognoſcere, ut de omnibus certa proferre, ac ſane judicare liceat. Hæc ſunt aliqua, (neque enim animus eſt ſtudii tam late patentis uſus omnes in has coarctare paginas) ex quibus de tota re antiquaria ſtatuere tutum erit, qua neglecta, neque Critica feliciter excoli, neque alia quædam

dam Philologiæ pars digne tractari ſolet. Quemadmodum autem in ceteris diſciplinis ſcimus contingere, ut in iis probe verſatum tanta adficiant voluptate, quanta cogitari vix poteſt: ita Philologiæ ſtudium, & per omnes ejus partes pene diffuſum ſtudium Antiquitatum nunquam dimittit Cultores ſine certiſſimo & maximo de rebus inventis triumpho. namque, ut recte PFEIFFERUS, quæ ſagaci ingenio à cultioribus populis, & inprimis quidem à ſapientiſſimis Græcis, ante tot ſecula ſunt obſervata, animum delectant, ingenium acuunt, judicium augent, memoriam ſervant, lectionem auctorum promovent, ſcripturæ illuſtrandæ conducunt, materiam præbent Philoſophis, Medicis, JCtis, Theologis. in præf. Antiquit. Neque vero eundum inficias, ſubeſſe tamen aliquas difficultates, easque non exigui momenti, quæ inexpertos deterrere, tirones obtundere, ſufflaminare etiam bene currentium progreſſus, atque optimos conatus pervertere queant, quandoquidem opus & labor eſt, hiſtoriam veterem, tum fabularem

iſtam,

iſtam, tum veram per ſingula ejus membra plane cognitam habere, ritus tot populorum, quorum alii ab aliis ſemper abludunt, moresque veteres ſacros, politicos, militares & privatos adcurate tenere, perſcrutari monumenta antiqua, nec hærere ſolum in libris editis, ſed prudenter etiam verſare codices manu exaratos. Liceat hæc aliquatenus concludere ex illis, quæ in colligendo Antiquitatum Romanarum faſciculo prorſus ad veritatem differit Cl. GRÆVIUS. Verum illius, ait, ſcilicet Reip. Romanæ, notitia perobſcura eſt, & perquam difficilis ejus perveſtigatio, cum propter linguæ, quæ in longa illa ac fœda barbariei nocte obſolevit, tum propter ſcriptorum veterum penuriam. Nullus enim, qui florente republica & imperio eam deformarit, ad nos pervenit. Itaque genus omne ſcriptorum, quod de rebus Romanis ex illo naufragio rei litterariæ tanquam tabulas quasdam nobis propitium quoddam Numen ſervarit, hiſtorici, oratores, poëtæ, philoſophi, grammatici, Græci Latinique ſunt evolvendi, & ex multis variisque locis &

particulis tanquam ex longe lateque ſparſis ruderibus & parietinis quibusdam collapſum ædificium veteris Romæ fuit redintegrandum. Non requirebatur tantum ad has tenebras diſpellendas multa & adſidua lectio, ingens induſtria, memoria firma fidaque rerum lectarum cuſtos, attentio maxime, nequid retruſum & abditum præteriretur, acris ingenii vis & perſpicacitas ad occulta pervidenda, & ex latibulis eruenda, judiciique ſumma ſubtilitas & ad diſcernenda, quæ ſpectent hanc, quæ aliam reipublicæ partem, & ad apte componenda lacera diſſipataque membra, nodosque, qui paſſim occurrunt, difficillimos ſolerter expediendos. Ita GRÆVIUS: quam bene vero hæc quadrent in rem Græcam, uno ſaltem exemplo demonſtrabimus. Nihil dicam de amplitudine linguæ Græcæ, quæ multo eſt copioſior Latina, ſed tantum de variis illius corruptionibus. Quamdiu Græcia fruebatur beneficio Libertatis, nulla unquam erat ſolitudo à Viris doctiſſimis, qui certatim deſudabant in exornanda ac perficienda lingua vernacula, &, quorum

rum etiam aliqua monumenta longe præſtantiſſima nobis conſervavit ætas: quum vero libertatis jure defuncta, regiam ſubire poteſtatem cogeretur, omnia abierunt in deterius: nemo literas eodem fervore ingenii tractare, nemo egregia majorum veſtigia legere & volebat, & ſciebat; deficiebant enim ſubinde & virtutum invitamenta, & artium liberalium patrocinium. Accedebat quoque, quod reges Macedonum, Philippus primo atque Alexander, ingenti limitum dilatandorum ſtudio flagrabant, & colonias ubivis gentium deducebant quam maximas, ita ut ne angulus fere terrarum nomen Græcum ignoraret, ac totus helleniſaret orbis. Quid vero aliud ex his radicibus pullulare potuit, quam fœda depravatio linguæ elegantiſſimæ, quum nec Græci ſpartam ſuam digne tuerentur, & Macedones inter Syros, Ægyptios, Italos, Gallos, Siculos degentes pleraque adſuerent ſuæ linguæ ex eorum loquela, quemadmodum illi contra nativum idioma pluribus Græcis vocibus & loquendi generibus corrumpebant. Poſtquam autem Romani in

im-

imperio Græciæ ac totius Aſiæ obtinendo Macedonibus ſucceſſiſſent, proh! totus Græcæ puritatis fonticulus, dudum attenuatus, reddebatur adhuc impurior & obſcurior, abolebantur omnes dialectorum varietates, ac in tantam barbariem, inprimis poſt tempora Conſtantini M. qui pleroſque è Senatoribus, ceteriſque Romanis Proceribus in Græcanicas Provincias ſecum traduxit, res Græcorum recidebant, ut tandem nobiliſſimæ quondam Athenæ, velut indicium tanti naufragii litterarii, ne nomen quidem retineret. conferatur in hanc rem præfatio Doctiſſimi CANGII ad Gloſſarium Scriptorum mediæ & infimæ Græcitatis, §. III. IV. & V. itemque Cl. MEURSII Fortuna Athenarum, cap. ult. Gratias igitur debemus quam exquiſitiſſimas omnibus illorum Virorum doctiſſimorum egregiis laboribus, qui viam hactenus tantis difficultatibus obſeptam per multa retro ſecula aliquatenus fecerunt planiorem magiſque expeditam: ſive illi verſabantur in abſtergendis, quæ vetuſtas monumentis antiquorum adfricuit, ſcoriis, curatiusque edendis Auctoribus: ſive etiam in

colligendis ſubſidiis, quibus ſtudium litterarum multopere ſublevatur atque effulcitur. Illud laborum genus, ſeculo hoc & antecedente multorum exercuit induſtriam clariſſimorum Virorum, ut neque in Latino idiomate, neque Græco ullum prope relinqueretur ſcriptum, quod non luculentiſſime & nitidiſſime ſit editum, prolixisque variarum commentationum operibus auctum, illuſtratum, atque ab invidioſa vetuſtatis rubigine præſervatum. Neſcio tamen, qui factum, ut in HERODIANO, *Hiſtorico* illuſtrando & expoliendo eorum opera fuerit parcior atque ſegnior, cum tamen pleniſſimo eruditorum conſenſu habeatur inter ſuaviſſimos atque elegantiſſimos Hiſtoricos Græcos non poſtremus. Prima eſt editio BOECLERIANA, Argent. 1644. 8. quæ capitibus diſtincta eſt, atque argumentis inſtructa, notis & indice latino, altera *ejusdem* Viri celeberrimi, A. 1662. it. 1672. 8. cum indice Græco *Balthaſaris* SCHEIDII. Igitur, quum ſit ſcriptor plane eximius, dictioque ejus pura omnino & luculenta, ut cum Atticis recentioribus facile certare

&

& vincere etiam poſſit, neque vero inferioris ordinis Hiſtoricns, cum pleraque ſcribat ad veritatem & fidem, quippe αὐτόπτης, prætereaque eo utatur ſcribendi genere, ut, monente Cl. SCHURZFLEISCHIO, illi, qui Græca diſcere cupiat, ab eo incipiendum ſit; novo equidem conamine HERODIANUM illuſtrare, variiſque obſervationibus GRAMMATICIS, CRITICIS, GEOGRAPHICIS, HISTORICIS, reflexionibusque MORALIBUS ac POLITICIS augere inſtitui, & ea quidem cum adſiduitate, ut jam non incoatum, ſed perfectum opus apud me ſervem, dum occaſio & tempus ejus edendi copiam dederit. In hac nova editione I. verſionem POLITIANI, ſi Veneres latinas ſpectemus, Græeo textui nihilo inferiorem, notasque Bœclerianas retinui, ſed, ubi deficiunt, auxi, ubi ſunt obſcuriores, facem illis prætuli. II quia index Scheidianus plurimis non ſufficit, cum pleraſque voces non explicet, neque juſtam illis tribuat analyſin, ſed Politiani veſtigiis ſollicite inſiſtendo eadem adponat, quæ ex verſione laudati Interpretis pari felicitate hauriuntur, voces

& loquendi formas ſingulares vel omiſſas in verſione, vel leviter translatas, præſertim ubi difficiliores videbantur, reſtitui, explicavi, earumque originem & ſignificatum, quandoque improprium ac metaphoricum, explanavi. III. particulas Græcas, in quibus recte perceptis magna ſæpe vis, nec mediocris ineſt utilitas, expoſui diligenter, ſenſumque illarum determinatum, vel excerptorum meorum ope, vel adjuvantibus aliorum Virorum libris, probavi. IV. hiſtoriam ex fontibus reliquis, *Dione*, *Xiphilino*, *Scriptoribus hiſtoriæ Auguſtæ*, *Aurelio Victore*, *Eutropio*, *Zoſimo*, *Zonara*, illuſtravi, diſſenſum eorum hiſtoricum, ſi quis videbatur, removi, ſi aderat verus & certus, indicavi, origine quoque diverſitatis detecta. V. Provincias, urbes, agros, &c. ſitum eorum ac indolem, itemque mores populorum atque conſuetudines, ex Geographis, tum antiquis, tum recentioribus, ſufficienter recenſui, ut adpareret HERODIANI judicium inſigne in rebus, quas tractat, rite diſcernendis. VI. loca aliorum ex antiquitate auctorum parallela & conſona non prætermiſi,

quo-

quoties addi poſſe animadverti cum aliquo fructu Lectorum. VII. ritus ſacros atque profanos, phraſes item & formulas à ritu ſeu inſtituto vetere pendentes, quoad originem ac progreſſum, cum cura ex antiquitatibus & Latinis & Græcis erutos, luculenter explanavi, interſperſis hic illic monitis quibusdam Moralibus. VIII. ubi oratio Auctoris hiulca & manca, conatus ſum, collatis inter ſe vel Herodiani, vel aliorum Scriptorum locis conſentaneis, illam vindicare ac reſtituere; quem in finem adjeci variantes lectiones, vel loca controverſa *Henrici Stephani*, *Friderici Sylburgii*, *Erici Memmii*, *Andreæ Schotti*, & *Tanaquilli Fabri*, &c. quorum vindicias alias probavi, alias, ut nimis a vero remotas, notavi, ac meam poſtremo ſententiam, ut par erat, aperui. Ne vero quid ad complementum operis cum ratione deſiderari poſſet, IX. denique addidi etiam ad finem libri Indices tres, quorum primus, qui eſt Bœclerianus paululum immutatus, Res & Hiſtorias in textu, alter in notis ſubjectis obvias diſtincte enumerat, tertius vero ſingula textus Græci vocabula ſiſtit cum adcura-

ta verſione, præcipuasque Auctoris elegantias Veneresque Atticas ita, ut Lexici uſum facile præſtet. Quod inſtitutum ut mihi fuit jucundum, ita nec Legentibus inutile & faſtidioſum fore confido. Sufficiat autem, hoc loco ejus paucis meminiſſe. Quod vero concernit ſubſidia, quibus ſtudium litterarum exornatur & augeſcit, præclara de Græcia poſſidemus monumenta PAUSANIÆ natione Lycii, qui ſummo exquiſitiſſimoque ſtudio omnes Græciæ regiones obiit, urbes peragravit, templa, ſtatuas, monumenta inſpexit, & antiquitates paſſim curioſiſſime perquiſivit, ac diligenter collegit; editionem quoque nitidam & perquam emendatam nobis reddidit Cl. *Joachimus* KUHNIUS, Argento ratenſis, Lipſiæ, 1696. fol. Huic adjungere liceat STRABONEM, ſcriptorem, ut *Sam.* BOCHARTUS eum adpellat Hieroz. lib. III. cap. 31. acerrimi judicii, partim, quoniam Geographia ſtudium Antiquitatis multoties juvat, quemadmodum & Chronologia, neque ignobilis, ut ait Doctiſſ. FABRICIUS in Bibliographia Antiquaria, §. III. p. 126. Antiquitatis ipſius

pars

pars eſt, veterum temporum rationes, epochas, ærasque, regionum urbiumque adpellationes ac regnorum limites veteres noſſe: partim vero etiam, quod ſitui locorum, eorumque nominibus admiſcet frequentiſſime inſtituta, mores, politiam, religionem populorum ac Rerum publicarum, viroſque laudat celebres, ut vere haberi poſſit quidam veteris Hiſtoriæ ac Geographiæ theſaurus ſingulari judicio ac delectu compoſitus, ſicut loquitur *idem* FABRICIUS in Bibliotheca Græca, lib. IV. cap. I. §. 2. qui totam ejus vitam ita deſcribit, ejusque varias editiones, ut hoc loco relegare ad illum Lectores omnino debeamus. Ex recentioribus rerum antiquarum reſtauratoribus atque vindicibus nominamus præ ceteris, *Joannem* MEURSIUM, *Joannem* GRÆVIUM, *Jacobum* GRONOVIUM, qui ad hujus exemplum laudabile, cum Romanas antiquitates duodecim voluminibus includeret, etiam Græcas totidem in folio tomis comprehendit, in quibus, præter aliorum commentationes quam plurimas, Meurſianis etiam opuſculis inſignibus locum con-

ceſſit; itemque *Jo. Philipp.* PFEIFFERUM. Ex his atque aliis fontibus, quoniam partim rariores ſunt facti, partim etiam non ea ratione traduntur, quæ ad inſtillandas Juvenum animis tot rituum & conſuetudinum varietates ſit adcommodata, promanavit noſtra GRÆCIA SACRA, ita tamen, ut nemini nimium fideremus, ſed, inſpectis ipſis Auctorum Græcorum monumentis, traderemus, quæ hic in conſpectum publicum prodire juſſimus. Accipies igitur, L. B. fructus hoſce laborum noſtrorum eo candore animi, quo TIBI tradimus, nec dubitabis, etiam hanc commentationem ad ſinceram Auctorum veterum lectionem, in quem finem quoque *Geographica illa* præmittenda eſſe judicabamus, minime fore damnoſam, ſed utilem & neceſſariam. Vale!

Tubingæ, VII. Id. Jan.
cIↃIↃccXXXIV.

INDEX

Rerum potiſſimarum in hoc opere occurrentium, *ſecundum paginas.*

AChæus primus Achajæ rex, p. 35.
Achaja, ejus deſcript. p. 35. dicebatur quondam tota Peloponneſus, ib.
Achaicum fœdus, ib.
Acropolis, arx Athen. p. 50. ubi Minervæ templum, p. 51. O.
Actæa idem, quod Attica, p. 41. O.
Actæus primus rex Athenienſis, ib.
Adorato circumactus, prov. ejus explicatio, p. 78. O.
Adrianus Imp. Nemea reſtituit, p. 204. & 207.
Adyta pars templorum, p. 122. & 123. 124. O.
Ægaleja, p. 34.
Ægina Æaci patria, p. 28.
Ægium urbs celeb. Achajæ, ubi concilium confœderatorum, p. 35.
Æpalius Dorienſium rex, p. 66. O.
Æſculapius, Medicus præſtantiſſ. p. 31. O. quid in Naturæ cultu? p. 156. O. ejus hiſtoria, p. 157. ſeqq.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

Æſculapeja, p. 156. O.
Æthlius rex Elidis primus, ejus geneal. & ſucceſſores, p. 5. & 6. O.
Ætoli finitimi Locris occiduis, p. 66.
Agamedis Trophonii fratris fata, p. 161. O.
Agapenor dux Arcad. in exped. Iliaca, pag. 39. O.
Ageſipolis, Pauſ. filius, quomodo cepit Mantineam? p. 39. O.
Agnus, hoſtia pura, p. 82. O.
Agones, p. 91. O.
Ἀγωνοθέται, p. 183.
Ajax, rex Opuntiorum, ubi natus? p. 64. O.
Ἀκλὴ, littus petroſum, p. 42. O.
Alexander M. Perſeum & Herculem æmulatur, pro Ammonis filio haberi vult, p. 222.
Ammoniaca regio, ubi Jovis Ammonis oraculum, ad quem venit Alexand. M. ejus deſcriptio, p. 222. ſeqq.
Amphæa, urbs Meſſeniorum, p. 14. O. it. p. 20.
Amphiaraus vates, p. 239. ubi ejus oraculum? ib. ejus hiſtoria & fata, ib. & ſeqq. dignitas deſcripta ex Valer. Max. p. 235. ſeq. quo pacto & ritu conſulatur? p. 237. O. ejus laus, ib.
Amphictyon auctor conventus Amphictyonum, p. 30. O. Cranai ſucceſſor Athenis nomen dedit, p. 44. O.
Amphictyones, eorum origo, p. 30. O. concilium Delphis confluxit, p. 60. O. renovant ludos Pythios, p. 193. O. quando? p. 194.

p. 194. ex quibus populis conveniebant? ib. & O.
Amphiſſa, urbs Locrorum Ozolarum, p. 65.
Ἀναγκοφαγία quid? p. 169. O.
Ἀνάκεια, p. 162. O.
Ἄνακτες, ib.
Ἀναρχίαι quid? p. 9. O.
Ἀναθήματα, p. 125. O.
Andania, Ariſtomenis patria, p. 20.
Androcles, rex Meſſeniæ, p. 10.
Ανολυμπιάδες, quid? p. 9. O. exemplum, p. 184. O.
Antheſphoria, p. 152. O.
Ἀνθεστηριών, Novemaer, p. 135. O.
Anticyra, urbs Phocidis, ellebori ferax, p. 57. 62. O.
Antiochus rex Meſſeniæ, p. 10.
Antiquitas rerum impedit ſcrutinium veritatis, p. 5. 6. 30. O. O. O.
Antiquitatum Græc. diviſio in 4. partes, p. 71. tractatio duplex, Philoſoph. Hiſtorica, p. 72.
Ἄνθρωποι qui κατ' ἐξοχὴν dicti? p. 182. O.
'Απήνης δρόμος, p. 173. & 175. O.
Apollo, quæ ei ſacrificia accepta? p. 85. Ulius dictus, p. 154. O. in naturæ cultu Solem exprimebat, p. 160. O. Pythii orac. celeberr. ubi? p. 224. & cur? p. 225. agnovit mulieres oraculorum interpretes, ib. ejus deſcriptio plena ex Juſtino, ib. multa ibi regum populorumque munera opulenta, p. 226. ejus fides atque æſtimatio ingens, p. 228.

Apol-

Apollodoro Grammatica enitenti honor habitus ab Amphictyonibus, p. 198.

Ara è ſaxis manualibus Argonautarum, p. 117. O. graminea, p. 118. O. ponebatur non in angulo, ſed in templo, p. 118. ara & altare, differunt, p. 118. O. quando humili, media, ſublimis, p. 119. Jovi collocabatur excelſiſſima, ib. in ſenſu lato & ſtricto quid? p. 119. O.

Aratus Achæorum dux p. 35. ejus facta, ib. & O.

Arcades mediterranei, p. 37. O. προσέληνοι dicti, Αὐτόχθονες, βαλανοφάγοι, Pelaſgi, cur? ib. ſemper aliis adjutores; Lacedæmonios metuentes, p. 38.

Arcadiæ deſcriptio, p. 36. unde nomen? p. 37.

Archemorus quis? p. 201. 202.

Ἀρχιερεὺς ἱεροφάντης, p. 98. O.

Areas autor faciendi panis, & rei lanificiariæ, p. 38. O.

Argivi Lacedæmoniis infenſi, cur? p. 27. & O. cum Athenienſibus de antiquitate contendunt, ib. eorum duces in oppugnandis Thebis qui? p. 203. O.

Argos adpellat Homerus totam Peloponn. totamque Græciam, cur? p. 27. O. urbs Argivorum præcip. p. 28.

Argus, tertius Argivorum rex, à quo & regioni, & urbi nomen, p. 28.

Ariſtocrates Arcad. rex perfidus, p. 17. de eo plane mirabilia narrantur, p. 18. O. num

mor-

morte naturali, an violenta mortuus? p. 19. O. ejus patria, p. 20.
Ariſtocrates II. p. 37. & 38. O.
Ariſtodemus, rex Meſſen. finiit primum bell. Meſſenicum, p. 11. cur mortem ſibi conſcivit? p. 15. ejus laudes, ib.
Ariſtomenes, Andanienſis, dux Meſſen. p. 5. ejus facta heroica & mors, p. 16. 17.
Ἅρμα, locus, ubi Amphiarao orac. & templum, p. 235.
Armentorum diviſio triplex ap. antiquos, p. 83.
Artemis, v. Diana.
Artemiſia, p. 154. O.
Aruſpicis officium, p. 94.
Aſtu, arx Athen. p. 50. it. urbs, p. 51. O.
Aſyla, p. 126. O.
Ἀθηνᾶ Athenis nomen dedit, p. 45. O. unde nomen, p. 146. O.
Athenæ, unde nomen, p. 43. O. ejus præſtantia ſumma, ib. de ea certamen Deorum, p. 44. O. crevit inſtitutis Solonis, p. 47.
Athenæa, quæ & Panathenæa, p. 143. O.
Athenienſes eod. innati ſolo, Αὐτόχθονες, p. 46. O. acutiores Bœotis, p. 55. O. non parci in colendis diis, p. 128. & 129. O. annum incoabant Solſtitio æſtivo, p. 135. O. cur in ludis Iſthm. aliis anteceſſere? p. 212.
Athletarum ante certamen præparatio quæ? p. 168. & 170. O.
Ἀθλοθέται, p. 182. quod in lud. Ol? p. 183. eorum offic. fides, veſtes, p. 185.
Ατθὶς, Cranai uxor, p. 42. O.

Atti-

Attica, ejus deſcriptio, p. 41. ubi ſita? ib. antiquitus Actæa, p. 41. O. Cecropia, ib. unde Attica? p. 42. O.
Augeas magna boum armenta habuit, p. 6. O.
Αὐτόχθονες, p. 46. 47. O.
Baccho quæ animalia accepta? p. 85.
Βέβηλοι, qui? p. 125.
Boagrius, fluv. Locrorum, modo anguſtus, modo latus, p. 63.
Βοηδρομιὼν, Auguſtus, p. 134. O.
Bœoti ingenio tardi, cur? p. 54. O.
Bœotiæ deſcriptio, p. 54. ejus reges, ib. denominatio, ib. O.
Βωμὸς, etymologia, p. 118. O.
Bonis diis quid ſacrificatum? p. 85.
Boves quinquennes & injuges diis oblati, p. 84.
Cadmea, urbs, arx, p. 55. O.
Cadmus litteras attulit, ex Phœnicia, p. 45. O. p. 54.
Cæſar *Jul.* reſtaurat Corinthum, p. 32.
Calauria, inſula, ubi conventus Amphictyonum civitatum ſeptem, p. 28.
Callicrates, architectus, p. 49.
Callimachi lucerna ſemper ardens, p. 52. O.
Callipatira puerum in Ol. certamen deduxit, p. 185. & 186.
Calliſtephanum, p. 177. & 179. O.
Ceadæ, antrum horrendum, quo pro carcere utebantur Laced. p. 18. O.
Cecrops, ſecundus rex Athenienſ. à quo etiam Attica dicebatur Cecropia, p. 41. O. 42. mul-

multitudinem omnem in 12. urbes contrahit, p. 42. Αὐτόχθων, p. 43. O.
Cenchreæ, portus Corinth. p. 33. O.
Ceres, ejus hiſtoria, p. 131. O. hiſtoriæ explicatio, p. 132. O. quæ illi accepta ſacrificia, p. 85.
Certamina ſacra, p. 163. ad ea proficiſcentes inviolati eſſe debebant, p. 212.
Chæronæa, urbs, ubi victor Philippus, Græciæ totius dominus eſt factus, p. 56.
Χειροσκοπὴ, p. 100. O.
Χέρνιβες, p. 101. 106. O.
Cherſiphron ædificat templum Epheſinum, p. 155.
Χρησμὸς & Χρηστήριον, differentia, p. 217. O.
Chryſothemis è Creta primus vicit in certamine Pythio, p. 60. O.
Cirrha, everſa cur? p. 60. O.
Cnemides, oppidum, p. 63.
Colliphium, panis athleticus, p. 169.
Compotationum exitus funeſtus, p. 110. O.
Concentus muſici in ſacrif. p. 110. concentuum muſicorum materia laudes Deorum, cur? p. 111. O.
Convivia poſt ſacrif. habebantur in honorem Deorum, p. 109. an ritus neceſſar. ad ſacrif. ib. O. convivia lauta, p. 110.
1. Cor. IX. 25. p. 169. O. p. 215.
Corinthiaca vaſa, p. 32.
Corinthii in Romanos ignominioſi, p. 34. O. vexantur peſte; quo medio liberantur? p. 210.

Corin-

Corinthus, fil. Marathonis, nomen dedit urbi Corintho; à Jove cur profatus dicitur? p. 32. O.
Corinthus, urbs, ejus deſcriptio, p. 31. à quo capta, p. 34. O.
Corœbus, Eleus, victor in I. Olymp. p. 8. 171.
Cranaus, 3. rex Athen. p. 41. O.
Curetes, p. 164.
Cynus, navale Locrorum, p. 62. & 64. O.
Dactyli Idæi, p. 164.
Δαδοῦχοι, p. 99. O.
Delia, p. 159. O.
Delphi, ubi templum Apoll. Pythii, Amphictyonum concil. Pythium certamen, p. 57. 225. 226. cur terræ umbilicus dicitur? p. 59. O.
Delubra partes templorum, p. 122. & 123. O.
Demadis judicium de legibus Draconis, pag. 48. O.
Demoſthenis ſepulcrum, ubi? p. 30. O.
Deorum cultus internus externo major & amabilior, p. 115. O.
Deos peregrinos receptis ſuperaddere, vetitum, p. 114. cur? p. 115.
Δέπας, ſeu Δέπαστρον, p. 101. & 107. O.
Deum unum tantum credebant Sapientiores Veterum, p. 146. O.
Diagoras cur proſcriptus? p. 138. O.
Diagoras Melius, prov. ib.
Diana, quid in cultu naturæ? p. 154. O. cur vocata Artemis? ib.

Dia-

Dianæ Epheſiætemplum ampliſſ. p. 122. O.
Διαμαςίγωσις puerorum Laconicorum, pag. 155. O.
Δίαυλος, p. 171.
Dies feſti, pars cultus divini, p. 128.
In Diis non agnoſcebant ſexum Veteres, p. 148. O.
Diomedes Pythios ludos de novo inſtituit, p. 193. O.
Διόσκουροι, p. 162. O.
Δίφρος, p. 204.
Dodona, urbs Pelaſgia, in qua oraculum, p. 220. O.
Δωδωναῖον χαλκεῖον, p. 219. 220. & 221. O.
Donariorum infinita varietas, p. 124.
Dorienſes ſub Eleo II. Peloponneſum intrant, p. 6. O. p. 66. eorum habitatio prior, ib.
Draco, Legislator Athenienſ. aſperrimus, p. 47. & 48. O. ejus laus, ib. ſpecimina aſperitatis, ib. hinc Leges ejus dictæ ſanguine, non atramento, ſcriptæ, ib. vere Draconis, ib.
Δρομικός, quid? p. 170. O.
Δρόμος certamen ſolum, p. 171.
Echembrotus, victor lud. Pyth. decantatis inter Græcos modulis & elegis, p. 197.
Ἑκατόμβαια, p. 24. O. p. 86.
Ἑκατομβαιών, Junius, p. 134. O.
Ἐλαφηβολιών Februarius, p. 135. O.
Elatea, urbs Phocidis contra Theſſalos, p. 57. 61. & 62. O.

Elegi & funebres modi tibiis accini ſolebant in lud. Pythiis, p. 197. O.
Eleorum felicitatis origo, p. 8. ratio, cur non ad lud. Iſthm. acceſſerint? p. 212.
Eleuſinia ſacra, p. 130. eorum origo & plena deſcriptio, ib. & in ſeqq.
Eleuſis numerabatur in pagis Atticis, p. 131. O.
Elis, ſ. Elea regio, p. 4. unde nomen? p. 5. O. Jovi ſacra, inviolabilis, p. 8.
Elis, urbs præcip. p. 4.
Ἑλλανοδίκαι, p. 183. eorum officium, p. 185.
Ἑλλανοδικαιὼν, p. 185.
Ἐλλεβορίζειν, prov. p. 62. O.
Ἐλλέβορον πίνειν, prov. ib.
Ἐλλεβόρου δεῖσθαι, prov. ib.
Ἐνοδία, p. 100. O.
Epaminondæ laudes, p. 56. O.
Epeus, unde primitus Elea vocabatur Epea, p. 5. O.
Ephæphnus, bubulcus Spartanus fallax, pag. 12. O.
Ἔφοροι, p. 137.
Epidaurus, urbs celebr. ob Æſculap. p. 28.
Epigoni, qui dicti? p. 207.
Epigonorum nomina, p. 209. O. ii expugnarunt Thebas, & Therſandro tradiderunt, ib.
Epirus non refertur ad Græciam liberam, cur? p. 67.
Ἐπόπται, qui? p. 137.
Ἥρα, unde nomen? p. 151. O.
Eryſichthon, Cecropis fil. p. 42. O.
Eſtiæotis, pars Theſſaliæ, p. 67.

Evan-

Evander condidit Pallantium, p. 40. O.
Euclides Megarenſis, p. 53.
Euphaës, rex Meſſeniæ, p. 10.
Ἐυφημία Lacedæmoniorum, quid? p. 79. & in O.
Euriphyle, Amphiarai uxor, p. 235.
Euripides Xenocle inferior, p. 176. O.
Eurylochus, Theſſalus, p. 60. O. dux ludos Pyth. reſtaurat, p. 193. O.
Fons Solis, p. 224. O.
Formulæ precandi ad. Græcos, p. 77. ap. Lacedæm. p. 79.
Fruges, unde? p. 46. O.
Frugum oblatio cur diis grata credebatur? p. 81. O.
Γαμηλιὼν, Januarius, p. 135. O.
Geſtus externi in precibus Græc. p. 77.
Glaucias, victor ludorum Pythiorum, p. 194.
Glaucus, ſingularis cultor Deorum, p. 10. rex Meſſen Jovi Ithomatæ fanum condidit, p. 11. O.
Gorgias, Orator eloquens, p. 176.
Græci in colendo Deo præ al. gentib. ſolliciti, p. 74. unde prob? ib. minime omnium parci in colendis diis, p. 128. 129.
Græcia, ejus hiſtoria, p. 1. ſeqq. diviſio in duas partes, p. 2. nomen unde? p. 2. O. dicebatur Hellas, unde? p. 3. O. fere tota mutationibus ſemper obnoxia, p. 37. O. quando libertatem amiſit? p. 56.
Græcus, rex, p. 2. O.
Gregis diviſio triplex, p. 83.
Hecatæ quæ ſacrificia accepta? p. 85.

Hecate, quid per illam intelligunt? p. 160. O.
Hecateſia, p. 149.
Helice eluvionibus deleta, p. 35. cur? p. 36. O.
Hellas, p. 3. O.
Hellen, rex, ib.
Hercules, certamen Olymp. inſtituit, p. 7. O. p. 165. ejus fratres qui? ib. pro autore etiam à nonnullis habetur lud. Nemeorum, pag. 208. O. cur Eurytum & Cteatum occidit? p. 212.
Hepatoſcopia, ib.
Hepar ad divinandum aptum, p. 95. O. fons ſanguinis & vitæ, ib.
Hermæ, ſive Mercurii pueri, p. 230.
Herodes, ἀγωνοθέτης perpetuus, p. 184. O.
Herodici judicium de Legibus Draconis, p. 48. O.
Herodotus Muſas recitat in conventu Olymp. p. 177.
Heroſtrotus cur incendit templum Epheſ. p. 155. O.
Hiſtoria petitur vel ex fontib. fabuloſis, vel veris, p. 73.
Homines diis oblati, quando? p. 82. O.
Hoſtiæ Veterum folia, glandes, fruges, p. 80. 81. beſtiæ, p. 81. homines, ib. ut & p. 82. O. omni vitio carere debebant, p. 83. & 84. O. diverſarum qualitatum diverſis diis offerebantur, p. 85. aliæ bonis, aliæ malis, &c. ib.
Hymnorum ap. Veteres materia, p. 111. O.
Hyperborei populi, p. 165. O.
Hypſipyle, patri parcit, p. 200. ejus fata, p. 201.

Jaſon,

Jaſon, Pythiorum lud. adminiſtrationem adfectat, p. 193. O.
Ἱερομνήμων, p. 99. O.
Ἱεροφάνται, ἱερονόμοι, aliaque nomina ſacrificulorum, p. 99. O.
Ἱερουργοὶ, ἱερόδουλοι, ib.
Immolatio, p. 89.
Inachus, primus Argivorum, rex, p. 28.
Indigenæ, qui? p. 47. O.
Initiati ad virtutem myſteriis quaſi ſacramento obſtricti, p. 138. illis imponebatur ſilentium ſub pœna capitis p. 136.
Ino cum filio ad petram Moluridem in pelagus deſilit, p. 210. in Leucotheam convertitur, ib.
Inſtrumentorum variorum in ſacris nomina, p. 101. O.
Jocaſta, uxor Laji, p. 55. O.
Jovi quæ ſacrificia grata? p. 85.
Jovialia, p. 150. 151. O.
Jovis Olympii aræ maximæ deſcriptio, pag. 120. O.
Jovis mons, p. 119. quid? p. 120. O.
Iphitus, inſtaurator cert. Olymp. p. 8. p. 171. & §. VI.
Ira, mons, in quem ſe recepit cum ſuis Ariſtomenes, p. 17.
Iſthmia certamina, p. 209. ubi celebrata? ib. eorum occaſio, ib. & ſeqq. ἀγὼν ἐπιτάφιος, p. 210. in cujus honorem inſtituta? ib. unde nomen eorum? p. 211. primum agebantur noctu, ib. propter latrocinia aliquam-

diu intermiſſa, ib. Theſeus ea inſtauravit, ib. Neptuni ſacra eſſe juſſit, ib. ex nocturnis fecit diurna & multo illuſtriora, ib. Corintho per ea magna acceſſerunt commoda, p. 212. Elei cur ad ea non acceſſerint? ib. quæ hic certamina uſitata? p. 215. quo anno celebrata? ib. corona cur ex pinu data? ib. poſt ex apio arido, ib. cur? p. 216. O. reliquis omnibus fuerunt antiquiora, ib.
Ἰσθμὸς, ejus etym. p. 213. O. Corinthiacus, p. 214. O.
Iſthmus, quid? p. 32. O.
Iſthmicus ludus in cujus memóriam inſtitutus? p. 33. O. præmium antiquitus corona è pinu, cur? ib.
Ithome, mons, in quem ſe recepit cum ſuis Ariſtomenes, p. 15.
Juno, Spiritus S. habetur, p. 147. O. quid in cultu naturæ? p. 151. O. ei quæ ſacrificia accepta? p. 85.
Junonia, p. 151. O.
Jupiter, Deus Pater, p. 147. O. Nemeæus, p. 207. & 208. O. Dodonæus, p. 218. ejus orac. deſcribitur, ib. de eo fabula, p. 219. Ammon, p. 221. ejus orac. deſcribitur, ib. forma & figura, ib. & p. 222. O. ad quem venit Alex. M. p. 222. ejus cultus, p. 224. O.
Juris-Conſulti domus totius oraculum civitatis, p. 228. O.
Καλλιερεῖν, quid? p. 95.
Κάλπης δρόμος, p. 173. & 175. O.
Κανᾶ, p. 101. 105. O.

Κα-

Καθαρταί, p. 99. O.
Κέλης ἵππος, p. 172.
Κοπίδες, p. 101. & 102. O.
Κρεάγραι, p. 108.
Κύαθοι, p. 108.
Lacedæmon, auctor urb. Laced. p. 21.
Lacedæmon, nomen urbis & regionis, p. 21. O. urbs vocabatur etiam Sparta, ib. origo nominis, p. 22. O. ejus initia exigua, ib. excelluit legibus Lycurgi, p. 23. principatum Græciæ continenter geſſit, ib. quando amiſſus principatus? ib. crevit in 100. urbes, p. 24. O. ob quem numerum ſacrificia ἑκατόμβαια, ib. habuit reges & duces præſtantiſſ. p. 24. ut Leonidam, p. 25. O.
Lacedæmonii â Dorienſibus orti. p. 22. O. & virtutibus, & vitiis inſignes, fallaces, ambitioſi, p. 25. primi militem corrumpunt, ib. O. mendaces, immerito in Græcia florent; cædis, quæſtus avidi, alia dicentes, alia ſentientes, p. 26. O. clade Leuctrica principatum amittunt, p. 56.
Lais, meretrix, p. 33. O.
Lajus, Oedipi pater, p. 54. Labdaci filius, ob matrem & filium memorabilis, p. 55. O.
Λαμπαδηφορία, p. 142. O.
Laurus, præmium victorum in ludis, p. 199.
Lechæum, portus Corinth. p. 33. O.
Lelegia, p. 10. O. p. 21.
Lelex, ubi regnavit? p. 10. O. geneal. ib.
Lemniades maritos interficiunt, p. 200.
Leonidas pro patriæ ſalute ſe devovens, pag.

25. O. ejus & ſociorum monumentum, ib. ubi occubuit; p. 65. O.
Lethes, amnis, aqua, p. 230.
Leucothea, quæ? p. 210.
Leuctrica clades, p. 56.
Libatio quando adhibebatur in ſacrificiis? p. 88.
Ligna debebant eſſe legitima in ſacrif. p. 94. & ib. O.
Lignatores in ſacrificiis, p. 94. O.
Λίκνα, p. 101. 104. O.
Limus obliquus, p. 92. O.
Litare, quid? p. 95. O.
Locri Eubœi, Heſperii ſive Ozolæ, pag. 62. Opuntii, Epicnemidii, p. 63.
Locris in duas partes diſtincta, p. 62.
Locus conſuetus, quo ſacra fiebant, ap. Veteres ara ceſpititia, lapidea, &c. p. 117.
Ludi ſolemnes cur ad ſacra pertinent? p. 163. in ſingulis Victorum præmia, p. 200. O.
Luxus Corinthiacus, p. 34. O.
Lycaon, rex Arcad. p. 37.
Lycurgus, Legislat. Laced. p. 23. Leges ab Apolline Delphico finxit acceptas, pag. 23. cur? ib. & O. ſequebatur in ferendis legibus Cretenſes & Ægyptios, p. 24. Thaletis amicus, ib.
Lynceus, rex Meſſeniæ, p. 10. oculos habebat perſpicaciſſ. p. 10. & 11. O.
Macedonia, cur non refertur ad Græciam liberam? p. 67.
Machanidas, tyrannus Spart. p. 204.

Ma-

Mactationis actus, p. 91.
Μαγνητικὴ παραλία, pars Theſſaliæ, p. 67.
Μαιμακτηριών, September, p. 134. O.
Μακρὰ τείχη, quæ? p. 50. O.
Manibus diis nigris animalibus res divina exhibita, p., p. 85 O.
Mantinea, urbs Arcad. præcip. p. 39. ab Ageſipolide, duce Laced. diruta, ib. poſt pugnam vero Leuctricam reſtaurata, ib.
Marti quæ ſacrificia accepta? p. 85.
Megalopolis, urbs Arcad. à Cleomene Laced. funditus everſa, p. 39. & 40. O. patria Philopœmenis & Polybii hiſtor. ib.
Megara, urbs, ubi Schola Philoſ. Megarenſium, p. 53.
Megarenſes pertinebant olim ad Atticam, p. 52. eorum rex Niſus, p. 53. tempore belli Peloponneſ. Dorienſes ſunt facti, ib.
Melanippus, Theſei fil. victor in Nemeis, p. 207.
Melicertes, quis? p. 210.
Μέλισσαι, p. 137.
Menerva, veteres pro Minerva, p. 145. O.
Menſium nomina Græca, p. 134. 135. O.
Mercurialia, p. 149. & 150. O.
Mercurio linguæ ſacræ, cur? p. 113.
Mercurius quid in cultu Naturæ? p. 150. O.
Μεταγειτνιών, Julius, p. 134. O.
Methana, locus munitus, p. 28.
Μεθύειν, p. 110. O.
Μετοίκια, p. 140. O.
Meſſene, ſedes regia, p. 20.

Meſſenia regio Elidi contermina, p. 9. unde nomen? ib.
Meſſenica bella tria, p. 13. belli primi cauſæ, p. 11. O. in ſecundo prælio primi belli cecidit Euphaës, rex Meſſ. p. 14. cur vocatur Meſſenicum bellum? p. 15. O. Meſſ. bellum ſecundum, quot annos duravit? pag. 16. in eo dux Ariſtomenes; ejus prælium primum ad Deras, ib. ſecundum ad Apri monumentum, ib. in tertio victus ſe recipit in montem Iran, p. 17. cauſa hujus belli ſecundi, ib. O. tertium bellum, ex qua cauſa natum? p. 19.
Meſſenii ſervi Lacedæmoniorum, p. 15. ſub gravibus certe conditionibus, ib. O. Naupactum accipiunt, p. 19.
Minerva, ὁ λόγος, ap. Gentes, p. 147. O.
Minervæ hiſtoria, & ejus explicatio, p. 145.
Μισῶ μνάμονα συμπότταν, p. 114. O.
Mnemoſynes aqua, p. 230.
Mola ſalſa, p. 89. 90. O.
Molione cur diris devovit Eleos? p. 213.
Molorchus, paſtor, p. 205. O.
Μοῖραι, p. 139. O. & p. 143. O.
Mors, optimum homini, p. 162. O.
Μουνυχιών, Martius, p. 135. O.
L. Mummius evertit Corinthum, p. 32. & 34. O.
Munychia, collis, quem occupavit Munychus, munivit Thraſybulus, p. 50.
Muſæ, p. 149. O. earum primo tres, poſt novem, p. 150. O.

Mu-

Muſæa, p. 149. O.
Muſarum opera in ludis Ol. p. 176.
Mycene, Perſei, regia, p. 28. cur ab Argivis everſa? p. 30. O.
Myſtæ, p. 137.
Myſteria ſacra Cereris, p. 133. O. Myſteriorum quinque partes p. 135. admodum ſpurca & obſcæna tractabant, p. 137.
Natura à Veteribus pro deo culta, p. 145. O.
Naupactus, urbs Locrorum Ozolarum, p. 65. unde nomen? p. 66. O.
Nemea, ludus funebris, p. 200. O. qua occaſione inſtitutus? ib. unde nomen? p. 203. & 205. O. certaminum genera quæ? ib. in iis ingenioſa non neglecta, p. 204. fuit ἀγὼν ϛεφανίτης, p. 205. cur? ib. cur non ἀργυρίτης? p. 206. præmium initio olea, poſt apium, ib. judices eorum ſedebant habitu nigro, cur? ib. qui ad ea admiſſi? ib. eorum varia mutatio, p. 207. Hercules ea auget, & Jovi Nemeæo dicat, ib. fuerunt ludi τελεἴηεικοὶ, ib. quo temp. celebrati? ib. tempora & hiſtorias non ſignabant, p. 208. in quem annum incidit prima Nemeas? ib. Hercules eorum auctor, ib. O.
Nemeæus leo, p. 205. O.
Νεοκόροι, p. 99. O.
Νηφάλια ἱερὰ, νηφάλιοι θυσίαι, p. 97. O.
Neptuno quæ ſacrificia accepta? p. 85.
Neſtor prudens, tria ſecula ætate ſuperans, Agamemnoni à conſiliis in bello Trojano, p. 6. rex Meſſeniæ, p. 10.

Ne-

Neſtorea ſenecta, eloquentia, p. 7. O.
Νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, p. 80.
Νὴ τὸν Δία, νὴ τὰς Θεὰς, p. 79.
Nicæa, p. 63. & 65. O.
Nomina ſacrificulorum varia, p. 99. O. in nominibus deorum imponendis ratio ſubfuit, p. 86. O.
Νομοφύλακες, p. 185.
Novilunia obſervabant Sacerdotes, p. 167. O.
Nyctimus, rex Arcad. p. 37.
Ὀβελοὶ. p. 101. & 104. O.
Ὀβολοὶ, p. 104. O.
Odi memorem compotatorem, p. 114. O.
Oedipus patrem occidit, matrem uxorem ducit, p. 55. O.
Oeta, mons, p. 63.
Ogygiæ, i. e. Thebæ, p. 55. O.
Ogygus, rex Bœot. p. 54.
Οἰκοσκοπικὴ, p. 99. O.
Οἰωνιστικὴ, p. 99. O.
Oleaſtri corona donabatur victor Olympicorum ludorum, p. 165. 177.
Olei uſus in ſacrif. quibus? p. 97. O.
Ollæ, calida lavacra, p. 65. O.
Olympia, urbs, p. 7.
Olympici ludi, eorum origo, p. 7. & O. pag. 164. 165. ubi inſtituti? p. 166. quem in finem? ibi quando eorum initium? p. 168. quamdiu durabant? ib. ſæpe intermiſſi, p. 169. variati, ib. nomina victorum in his ludis, p. 171. ſeqq. certamina puerorum inſtituta, p. 172. eorum ordo, ib. usque p. 176.

176. & animi, & corporis vires hic experiebantur, p. 176. victoriæ præmium, p. 177. ob quam cauſam? p. 178. victorum gloria, p. 179. victoriæ proclamatio honeſtiſſ. ib. victorum ſtatuæ ubi poſitæ? pag. 180. cum eorum honore conjungebatur etiam gloria patriæ, parentum, &c. p. 180. hinc maxima omnium excitatio ad hos ludos, p. 181. O. Athlothetarum officium, fides, veſtes, p. 185. feminæ non admittebantur, ib. mala fide pugnantes puniebantur, exempla eorum, pag. 186. O. ad hos ludos ſua tempora numerabant, p. 188.
Ὀλυμπιονίκαι, exochice Ἄνθρωποι dicti, p. 182. O.
Olympius Jupiter, p. 7. ejus templum eximia ſtructura, ib. O. ſimulacrum magnæ molis, ib.
Ὀνειροκρίται, p. 99. O.
Opheltæ fata, p. 201.
Opûs, patria Patrocli, p. 63. & 64.
Oracula aliquam cultus divini partem conſtituebant, p. 216. quid per ea intelligitur? ib. eorum qualitates, ib. etymon, p. 217. O. deſcriptio Senecæ, ib. Tullii, ib. antiquiſſima quæ? p. 218. Jovis Dodonæi deſcriptio, ib. Jovis Ammonis deſcriptio, p. 221. ſeqq. Mercurii, Bacchi, Herculis, Æſculapii, &c. p. 237. omnia dudum abolita, ib.
Oraculum Pythium celeberr. p. 57. ditiſſ. p. 58. ejus deſcriptio, p. 59. O. quo pacto inventum? p. 60. O. ibi Agamemnon reſpon-

ſponſum tulit, ib. conf. p. 225. 226. Trophonii, v. Trophonii Or. Amphiarai, v. Amphiar.
Ordine nihil melius in rebus humanis, pag. 71. O.
Ὀρνεοσκοπικὴ, p. 99. O.
Oropus, urbs in confinio Atticæ & Bœotiæ, p. 236. O.
Oſculis excipiebantur dii, p. 78. O,
Oves bidentes diis oblatæ, p. 84.
Οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν, prov. p. 33. O.
Οὐλοχύται, quid? p. 91. O.
Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς, prov. p. 34. O.
Oxylus, rex cel. Elidis, p. 5.
Ozolarum etymologia, p. 63. & 64. O.
Παγκρατιαστικὸς, p. 170. O.
Pæana Apollini canere, p. 112.
Palæmon, ejus fata, p. 33. O. deus marinus, p. 210.
Παλαιστικὸς, p. 170. O.
Palatium Rom. unde? p. 39.
Pallantium, urbs Arcad. p. 39. & 40. O.
Pallas, v. Minerva.
Παλμικὴ, p. 100. O.
Panathenæa, deſcriptio, p. 138. feſtum duplex, majus, minus, ib.
Παρακαλπάζειν, p. 175. O.
Παρίθμια, quid? p. 214. O.
Pauſanias ad Trophonium conſulendi cauſa venit, p. 233.

Pelaſgia, p. 36.
Pelaſgiotis, pars Theſſaliæ, p. 67.
Pelaſgus, primus Arcadiæ rex, p. 36. mores ſuorum emollit, p. 37. O.
Πελέκεις, p. 101. & 103. O.
Peloponneſus, dicuntur regiones intra Iſthmum, p. 2. conſtat ſex partibus potiſſimum, p. 3. pars illuſtriſſima Græciæ, ib. O. unde nomen, ib. p. 4. ejus forma Platani ſimilis, vel vitis, p. 4. O.
Pelops dedit nomen Peloponneſo, p. 4. O.
Penetralia pars templorum, p. 122.
Peneus-, amnis Theſſ. p. 68. O.
Πένταθλος quid? p. 70. O.
Pentathlum, p. 168. & 170. O.
Περίοδος Pindari, p. 163.
Περιῤῥαντήρια, p. 101. & 107. O.
Perlitare, quid? p. 95. O.
Periſtera, Jovis Dodonæi ſacerdos, p. 219.
Phædo philoſ. amicus Platonis, p. 6.
Phainus, aſtrologus, p. 6.
Phalerum, navale Athen. p. 50.
Pharſalus, urbs Theſſ. ad Enipeum, p. 68. O. ubi clades Pompeji, ib.
Pheido Argivus, turbator reip. Eleorum, p. 9. O.
Pheidoneæ menſuræ, p. 8. O.
Phemonoë, vates, p. 225. prima hexametro carmine canit, ib. & p. 227. O. ubi & verſus exſtat.
Φιάλαι, p. 108.
Phidiæ Minerva ubi conſtituta? p. 52. O.

Philippo ubi oculus fuit excifus? p. 29.
Philomelus, p. 61. O.
Philopœmen, Megalopolitanorum dux, p. 40. O. vindex libertatis Græciæ communi civium conſenſu habitus, p. 204.
Philoſophi Græci omnem ſuam ſapientiam à gentibus barbaris hauſerant, p. 46. O.
Phintas, rex Meſſeniæ, p. 10. ſub quo ſemina diſcordiarum inter Meſſen. & Spartanos extiterunt, ib.
Phocenſes bis Theſſalos vincunt, p. 58. O. Delphis fanum diripiunt Apollinis, p. 61. O.
Phocica deſperatio, p. 57. cur ita dicitur? p. 58. & 59. O.
Phocicum bellum, p. 58. ejus origo, p. 61.
Phocis, ejus incolæ bellicoſi, p. 57. unde nomen? p. 58. O.
Phoroneus, ſecundus Argivorum rex, p. 28.
Phoronicum, oppidum, ib.
Phthiotis pars Theſſaliæ, p. 67.
Pindari laus, p. 164.
Piræeus, portus Athenienſ. præcip. muro urbi junctus, poſt ipſe muro cinctus, p. 49. ut urbem dignitate æquipararet, utilitate ſuperaret, p. 50.
Piſcium immolatio, p. 82. & 83. O.
Πυλιοκάμπτης, quid? p. 211.
Platææ, Mardonii clade inſignis, p. 56.
Plutoni quæ ſacrif. accepta? p. 85.
Poëtæ ab oraculo proſa oratione edita, in verſus redigunt, p. 60. 225. & 227. O.
Poëtis quodlibet audere licet, p. 74. O.

Πό-

Digitized by Google

Πόλις, arx dicebatur, p. 52. O. Ἡ ἄνω, Ἡ κάτω, diviſio urbis Athen. ib.
Polycaon, rex primus Meſſeniæ, p. 9.
Polychares Meſſenius, Olymp. IV. victor, p. 12. O. ab Euæphno deceptus, ib.
Polynicis fata, p. 202. O.
Pontifex maximus, p. 98. O.
Ποσειδεὼν, December, p. 135. O.
Poſeidonia, p. 28.
Preces ad Deos frequentiſſ. fundebant Græci, p. 76. cur, & quando? ib. ſerio, & cum tota mentis in rem præſentem converſione, p. 77. externi geſtus in precibus, qui? eorum precandi formulæ, ib.
Πρόδομος, quid? p. 124.
Pronax, quis? p. 202.
Proſerpinæ hiſtoria, & ejus explicatio, pag. 131. O.
Πρόθυσις aræ quid? p. 120. O.
Puerorum certamina in ludis Ol. p. 172.
Πυανεψιὼν, October, p. 135. O.
Πυκτικὸς, quid? p. 170.
Pylades, citharœdus magni nominis, pag. 204.
Πύλαι, quid? p. 65. O.
Pylus, urbs Elidis, ubi natus Neſtor, p. 6. & regnavit, p. 20.
Pyrrhicha, p. 142. O.
Pyrrhus, Epirotarum rex ubi interiit? pag. 29. O.

Pythiades quando numerari cœptæ? p. 193. O. quando prima? p. 195.

Pythii ludi, p. 189. eorum origo fabuloſa, ib. & ſeqq. inſtituti medio vere, p. 191. ubi? ib. eorum varietas; nam antiqui ἐννεαετηρικοὶ, recentiores πεντεαετηρικοὶ, p. 192. & 193. O. in iis & corporis, & animi periculum factum, pag. 193. O. novi qui dicuntur? p. 194. eorum victores, p. 195. cur Aulædorum ars in iis repudiata? p. 197. O. quo ordine quæque certaminum genera iis adjuncta? pag. 195. 196. 197. præmium victori datum, pag. 198. laurus maximis baccis pomorum inſtar, & è viridi rubentibus, p. 199. modus Pythicus 5. conſtat partibus, p. 112. conf. inſuper, p. 60. O.

Quinquertio, quid? p. 170. O.

Quinquertium, quid? ib.

Quinquatria, feſtum Romanorum, pag. 144. O.

Religio, prima pars in XII. Tab. R. pag. 74. cur? pag. 75. O. ad coërcendos homines etiam à Gentibus habita neceſſaria, p. 75. O. ejus ſtamina prima unde acceperunt Græci? ib.

Sacerdotes coronati, p. 89. O.

Sacra deorum diverſa diverſas habent cauſas, vel morales, vel hiſtoricas, vel naturales, p. 86. O. ſacra facere ſupra facultates, vetitum,

titum, cur? pag. 115. in ſacris veterum omnia plana, pag. 116. ſacrorum locus, p. 117. ſacra facta temp. matutino ſuperis, p. 127. veſpertino inferis, ib. ad meridiem aëriis, ib. ſacra ſolemniora diebus feſtis, ib. ſacra magna Cereris, p. 134. minora Proſerpinæ, ib. quando peracta? ib. & O.

Sacrificandi ritus deſcriptio plena, p. 92. O.

Sacrificia primum erant incruenta, pag. 80. quando cruenta introducta? pag. 81. quæ primo beſtiæ in iis mactatæ? pag. 82. pro diverſa conditione hominum ſunt diverſa, pag. 84. O. diverſa ratione finis, p. 86. O. eorum forma, ſive modus ſacrificandi, p. 87. in actu ipſo tria diſtinguuntur, ib. in iis partem comburebant, partem comedebant, p. 87. O. pars domum aſportata, facit ad rectam valetudinem, p. 113.

Sacrificulorum nomina varia, p. 98.

Salamis, Xerxis clade nobilis, ex manu Megarenſium Solonis ope recepta, p. 53. quomodo? ib. & O.

Sanguinis ratio ubi habebatur in ſacrif. p. 91.

Saturnalia, p. 156. eorum origo; fuerunt à Noacho celebrata, ib.

Σχίδαξ, p. 102. O.

Σχίζαι, p. 101. & ib. O.

Sciron à Theſeo necatus, p. 214. O.

Σεισάχθεια, lex de æris alieni remiſſione, p. 46. O.

Σέλινον, præmium ludorum Nemeorum, p. 206.
Τᾶ Σελίνα δεῖται, prov. p. 216. O.
Sicilia, cella penaria Reip. Rom. p. 153. O.
Sicyone, ante Ægaleja dicta, p. 34. crevit interitu Corinthi, ib.
Sinnis, latro à Theſeo necatus, p. 211.
Siſyphus, Corinthiorum rex inſtituit ludos Iſthmios, p. 210.
Σκέλη, quæ? p. 50. O.
Σκιῤῥοφοριὼν, Majus, p. 135. O.
Socratis ſupplicii cauſa, p. 116. O.
Solon leges ſuas debet Ægyptiis, p. 46. O. abrogat ſanctiones Draconis, cur? pag. 47. Legislator Athenienſ. p. 48. & 49. O.
Sparta vocabatur Lacedæmon, unde? p. 21. origo nominis, ib. & O.
Σφαγεῖα, ſive Σφάγια, p. 101. & 106. O.
Σφαγίδες, p. 101. & 102. O.
Σπλαγχνοσκοπία, quid? p. 92. O.
Splendorem ſequebantur Veteres in ſacrificiis ſuis, p. 88. O. cur? p. 89.
Σπονδεῖα, p. 108.
Στενὰ, quid? p. 65. O.
Suffitus ratio in ſacrificiis, p. 96.
Συνωρὶς, p. 174.
Tabulæ adfigebantur in templis Æſculap. quæ indicabant morbos ſanatorum, p. 31. O.
Taphoſſus, collis, p. 64. O. p. 66.

Τέμ-

Τέμπη τὰ Θετταλικὰ, locus Theſſ. amœniſſ. p. 68. O.

Templa ampla, ſublimia, ab ædificiis profanis ſeparata, ad Solem orientem converſa, pag. 121. templorum partes præcipuæ, p. 122. ab iis qui arcebantur? p. 125. & 126. O. eorum magna reverentia, ib.

Templum ubi antiquiſſimum? p. 121. ampliſſimum & artificioſiſſimum? ibid.

Temporum tria diſcrimina ex Varrone, p. 189. O.

Terrigenæ, qui dicti? p. 47. O.

Thales, Lycurgo notus, p. 24.

Θαργηλιὼν, Aprilis, p. 135. O. p. 192. O.

Θάργηλος, p. 192. O.

Thearii Apollinis templum vetuſtiſſ. pag. 122. O.

Thebæ, ubi natus Epaminond. Pelopid. Pindarus poëta, p. 56.

Thebani, poſt Xanthum regem pluribus reip. ſummam committunt, p. 55. O.

Theogamia, feſtum Proſerpinæ, pag. 152. O.

Theognis Magarenſis, p. 53.

Thermopylarum deſcriptio, p. 63. cur ita vocatur? p. 65. O.

Theſeus, multitudinem Athen. in unam urbem contrahit, pag. 42. popularem adminiſtrationem conſtituit, pag. 42. & 43. O.

O. Panathenæorum auctor, pag. 140. & 141. O. auctor ludor. Iſthm. p. 212. qua de re gloriari ſolitus? ib.
Θεσμοὶ dicti Draconis leges, cur? pag. 47. 48. O.
Theſmophoria, p. 133. O.
Theſſalia, non refertur ad Græciam liberam, pag. 67. ejus diviſio in 4. vel 5. partes, Homeri in 10. ib. unde ſuum nomen? p. 68. O. Æmonia, Pyrrhæa, unde dicta? ib. olim lacus, ib.
Theſſaliotis, pars Theſſaliæ, p. 67.
Thronium, p. 63.
Θυίσκαι, p. 108.
Θυμιατήρια, p. 101. & 106. O.
Thus maſculum, p. 96. O. ejus uſus in ſacrificiis, p. 96.
Θύται, p. 99. O.
Tibiæ, p. 111. O.
Tibicinis vitam vivere, p. 112. O.
Tigranis effatum, p. 178.
Timon Eleus, victor in omnib. ludis Græciæ; de eo elegi quid docent? p. 213.
2. Timoth. IV. 7, 8. p. 187. O.
Trinitatis in Deitate indicia ap. Veteres, p. 147. O.
Hæc ex Tripode, prov. 228. O.
Triptolemus, Legislator vetuſtiſſ. Athenienſ. quæ ejus leges? p. 81. O.

Tri-

Triton, Jovis Dodonæi ſacerdos, p. 219.
Trœzen, urbs, pag. 28. à quo condita? p. 30.
Trophonia, p. 149.
Trophonius, pag. 160. O. Delphicum templum exſtruxit, pag. 161. O. ejus fata, ib. oraculum, p. 229. durabat omnium longiſſ. ib. ejus ritus deſcriptio, ib. & ſeqq. ex illo, uno excepto, omnes evaſerunt reduces, pag. 232. redierunt autem attoniti, & ſuimet, & omnium adſiſtentium obliti, pag. 233. ἐς Τροφωνίε μεμάντευται, prov. pag. 234. O. homo gloriæ cupidiſſ. & idcirco vatem ſimulans, pag. 234. O. præſtantiſſ. artifex, ib.
Τρυβλία, p. 108.
Ὑγίεια, ſive Ὑγεία, quid? p. 114. O.
Veneris fanum in Acrocorintho habet plures, quam mille, famulas meretrices, p. 33. O.
Venus exercitiis corporis moleſta, pag. 168. eam hinc fugiebant athletæ, p. 170. O.
Veſtibulum, p. 124.
Victimæ coronatio, & ad mactationem præparatio, pag. 88. quando diis ingrata habita? p. 89. capite debebat annuere ſacrificiis, p. 90. O.
Victorum in Olymp. ludis nomina, p. 171. 172. magna fuit gloria, p. 179. interdum patriam abnegabant, p. 182. O.

Vinum

Vinum ἔνσπονδον, pag. 96. ἄσπονδον, ibid. O. ejus uſus in ſacrificiis omnibus, pag. 97. O.

Ὑπηρέται, pag. 99.

Xanthus, ultimus rex Bœot. p. 54. quo dolo interiit? p. 55. O.

Xenocles vincit Euripidem, p. 276.

Ξυνοίκια, p. 140. O.

Q. D. B. V.

Q. D. B. V.

HISTORIA GRÆCIÆ.

CAPUT I.

§. I.

Qui res veterum Græcorum curate traditurus eſt, videbit, non bene ceſſuros conatus, niſi breviter antea & ſuccincte exhibita eorum hiſtoria. Sic enim & in conficiendo opere labor erit facilior, utpote ad traditam hiſtoriam ſubinde recurrens, & legentibus minus afferet tædii ac moleſtiæ, cum hiſtoriæ filo ſponte ad ipſam rem ſine magna difficultate intelligendam deducantur.

§. II.

Mihi quidem cum mens ſit de rebus Græcorum veterum ſacris aliqua ſcripto conſignare, non poteſt non arridere hoc inſtitutum, quo non tantum partem aliquam Græciæ peragrare licet, ſed totam uno velut oculorum ictu ita perluſtrare, ut diſtinctum etiam de partibus ejus præcipuis habeamus conceptum.

§. III.

GRÆCIA apte dividi poteſt in duas potiſſimum partes, quarum altera complectitur eas regiones, quæ ſunt intra Iſthmum, altera, quæ extra, usque ad Penei oſtia, ſive Theſſaliam. Regiones, quæ intra Iſthmum, dicuntur uno verbo Peloponneſus: quæ Iſthmum excedunt, ſunt Attica, Bœotia, Phocis, Locris, vicinique quidam populi, & denique Theſſalia.

Obſervatio.

Nomen ſuum, uti fertur, primo provinciæ ejus, quæ inter Theſſaliam, Epirum, Peloponneſum, Jonium Aegæumque maria jacebat, rectori GRÆCO debebat, conf. PLIN.

IV.

IV. 7. Poſtea ab alio rege, HELLENE, Deucalionis filio dicebatur Hellas, uti tradit præter alios CONST. PORPHYROGEN. de Them. l. 11. Them. 5. Ἑλλὰς ἡ χώρα ἐκλήθη ἀπὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος, ὃς δυναστεύσας τῆς Φθιώτιδος τοὺς ὑπηκόους ἑαυτῷ γενομένους Ἕλληνας ἐκάλεσε. Tandem Græciæ & Helladis nomen omnibus provinciis, de quibus dixi, ſimul ſumtis tribuebatur, quod innuit PAUSAN. Laconicorum c. 20. ubi dicit, omnes ſervos, uſu tandem ſic obtinente, vocatos eſſe Hilotas, qui revera tamen Hilotæ non eſſent: Καθ' ὅτι καὶ Ἕλληνας τὸ σύμπαν γένος ἀπὸ τῆς ἐν Θεσσαλίᾳ ποτὲ καλουμένης Ἑλλάδος, „quemadmodum & Hellas ab Hellade, quæ fuit olim Theſſaliæ pars, Græcorum univerſa natio dicta. „

§. IV.

PELOPONNESUS ſex potiſſimum conſtat partibus: quinque maritimis, Elide, Meſſenia, Laconica, Argis & Achaja, ac mediterranea una, Arcadia. de ſingulis in ſequentibus.

Obſervatio.

Sequor hic ordinem, quo utebatur STRABO, ſcriptor τῶν γεωγραφουμένων eruditiſſimus, uti eum appellat CASAUB. ad Athenæum l. XIV. c. 21. quia, eo profitente, τὸ σύστημα τῆς Ἑλλάδος τὸ ἐντὸς Ἰσθμοῦ καὶ μεῖζόν ἐστι καὶ ἐπι-

ἐπιφανέστερον· σχεδὸν δέ τι καὶ ἀκρόπολις ἐστὶν ἡ Πελοπόννησος συμπάσης τῆς Ἑλλάδος. Nomen accepit ſuum à Pelope, è Phrygia populum illuc adducente, uti cit. ait Geogr. l. VII. p. 321. cum antea vocaretur Ἀπία, Apia, à piris primitus in hac regione repertis, quæ etiamnum Græcis dicuntur ἄπια, uti oſtendit ex PLUTARCHI Quæſt. Græcis JO. MEURSIUS in Miſcell. Laconicis lib. I. 12. Ceterum quoad formam comparatur à plurimis Platani folio, ab EUSTATHIO etiam Vitis, quoniam, licet ubique ſinuoſa ſit & ſerrata, tamen quatuor maximis diſtinguatur ſinubus, Argolico, Laconico, Aſinæo ſive Meſſeniaco, & Cypariſſio, conf. VOSS. ad MEL. p. m. 459.

§. V.

ELIS, ſeu Elea regio, Siculo mari alluitur, & eſt Echinadibus inſulis ex adverſo, attingitque Meſſeniam; quo factum, ut ejus cives ſæpe numero cum his gravia miſcerent jurgia, belloque contenderent acerrime. Primum nullas habebat urbes, ſed incolebatur per pagos, quod ſcimus & aliis contigiſſe regionibus; poſtea vero, finito bello Perſico, plerique in unam urbem migrarunt, quam vocabant Elidem.

Ob-

Obſervatio.

Nomen habet ab Eleo ex Eurycyda, Endymionis filia nato, ad quem imperium veniebat, pulſo ob imprudentem Apidis Jaſonis filii cædem Aetolo, qui ſucceſſit prius in regno fratri Epeo, à quo primitus regio fuit appellata. Pater eorum dicebatur Endymion Aethlii primi in hac terra regis filii, à quo tranſiit regnum ad Epeum, uti diximus, vid. PAUSAN. Eliacorum libr. prior. qui rectè annotat, in rebus antiquis, & ab ætate noſtra mirum quantum remotis ad aliquam certitudinem ſcrutando perveniri non poſſe. Quod ad ultima §. verba, addam ex DIODORO, l. IX. quædam huc pertinentia. Ἐπὶ τούτων, inquit, Ἠλεῖοι μὲν πλείους καὶ μικρὰς πόλεις οἰκοῦντες εἰς μίαν συνῳκίσθησαν τὴν ὀνομαζομένην Ἦλιν, „tum Elei plura minutaque oppidula ſparſim inhabitaverant, in unam migrant, quam Elidem nuncupant.„

§. VI.

Hanc Eleorum metropolin multo ampliorem fecit, & hominibus frequentiorem Oxylus, unus ex eorum regibus, cum Aetolos etiam intra mœnia reciperet. Patria fuit Ariſtomenis, ducis Meſſeniorum contra Spartanos celeberrimi, uti legimus in JO. GODOFRED. GREGORII, vulgo MELISSANTIS, antiquitatibus Græcis: nos putamus eſ-

ſe Andaniam, de qua in ſeqq. itemque Phaini & Phædonis, quorum alterum inſignis aſtrorum ſcientia non paſſa eſt latere, alterum ſingularis amicitia Platonis, & ſtudium Philoſophiæ.

Obſervatio.

Scil. Eleum, de quo in Obſerv. ſuperiore, ſequebatur Augeas, iſte, cui βȣ̃ς καὶ αἰπόλια τοσαῦτα ἐγένετο, ὡς καὶ τῆς χώρας αὐτῷ τὰ πολλὰ ἤδη διατελεῖν ἀργὰ ὄντα ὑπὸ τῶν βοσκημάτων τῆς κόπρȣ, adeo magna boum armenta caprarumque tanti greges fuiſſe dicuntur, ut copioſiore fimo obducta agri pars maxima, otioſa & inculta jaceret, PAUS. lib. cit. Hunc Phyleus filius, Phyleum frater Agaſthenes: poſt Eleus II. ſub quo Dorienſes, Oxylo duce, de quo nobis ſermo, Peloponneſum intrarunt, illique Eleum agrum petenti deſponderunt.

§. VII.

Altera urbs, quam notandam putamus, Pyli nomen gerit. Eſt vero illa celebris nativitate Neſtoris, qui inter Græcos prudentia in rebus agendis, ætatisque tria ſecula durantis veneratione eminebat. Agamemnoni in bello Trojano perpetuo fuit à conſiliis, ob quam cauſam etiam laudatur ab AELIANO Var. hiſt. l. XII. 25.

Obſer-

Obſervatio.

HOMERUS, qui illi hanc ætatem tribuit, prolixus eſt in celebrandis ejus virtutibus, Odyſſ. γ. Ap. Latinos in proverbium dudum abiit, Neſtorea Senecta, Neſtorea eloquentia, de quibus videſis ERASM. in Adag.

§. VIII.

Tertiam, & quidem clariſſimam, nominamus Olympiam in agro Piſæo, qui pertinet ad Elidem. Hanc illuſtrem fecerunt oracula, quæ hoc loco ſolebat edere Olympius Jupiter, & certamen Olympium.

Obſervatio.

Memorabilis prorſus fuit eximia templi ſtructura, quod Jovi Olympio hic dedicaverant Elei. Non loquar de donariis, quæ ex univerſa Græcia huc comportata: ſed tantum de ſimulacro iſto, ubi Phidias Jovem ex ebore fecit tantæ magnitudinis, ut, cum ſedentem fingeret, tamen vertice culmen templi maximi tangeret. Plura STRABO in Geogr. l. VIII. p. 354. Quod ad certamen iſtud, omnino ejus origo fabuloſa eſt. Dicunt nimirum Herculem Idæum fratribus Pæoneo, Epimedi, Jaſio, & Idano primum curſus certamen per ludum propoſuiſſe, victoremque oleaſtri corona donaſſe, & ideo quinto quoque anno fuiſſe celebratum, quod quinque fratres

fuiſſent, conf. PAUS. cit. c. 7. Perplacuit hic ſententia cit. STRABONIS, quando in hac materia dicit: Ἐάσαι δεῖ τὰ παλαιὰ καὶ περὶ τῆς κτίσεως τοῦ ἱεροῦ, καὶ περὶ τῆς θέσεως τοῦ ἀγῶνος. τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλαχῶς λέγεται καὶ οὐ πάνυ πιστεύεται, „Omittenda ſunt vetuſta, quæ & de Auctore templi, & inſtitutione certaminis feruntur. Nam talia ſolent & varie dici, & non admodum credi.„

§. IX.

Inſtituit hoc certamen, vel inſtauravit, cum prorſus jam veterum ludorum exoluiſſet memoria, Iphitus, in qua prima Olympiade curſu viciſſe dicitur Corœbus Eleus. Factum autem eſt tempore Oxyli, de quo in §. VI. Anno Mundi 3174.

§. X.

Hinc etiam maxima provenit Eleorum felicitas, nam, quoniam curam templi hujus & certaminis gerebant, impetraverant à reliquis Peloponneſi incolis interpoſito jurejurando, ut regio Jovi ſacra promulgaretur, cavereturque, ne unquam armata manu poſſet adiri: ſi quis contra faceret, nefarius haberetur. Hactenus de Elea regione: nunc ad Meſſeniam.

Obſer-

Obſervatio.

Perpetua ſic fruentes pace, in immenſum creverunt, reliquis ob continua bella decreſcentibus. Turbavit quidem aliquando hanc eorum fortunam Pheido Argivus, qui menſuras, quæ ab ejus nomine Pheidoneæ dicuntur, atque pondera inveniſſe, monetasque primus procudiſſe legitur, ſed mox ope Lacedæmoniorum eſt expulſus, reſtitutis in priſtinam libertatem & priora jura Eleis, vid. STRAB. p. 358. Quamdiu hic per vim præfuit huic certamini, Elei non retulerunt in tabulas iſtam certaminis inſcriptionem, quod alias ab iis diligenter fieri ſolebat. Tales Olympiadas, quæ non referebantur in commentarios, vocabant Ἀνολυμπιάδας, PAUS. Eleac. poſter. c. 22. uti fere Athenienſes annum, quo fuiſſet aliquis non legitimus Archion, Ἀναρχίαν nuncupabant, teſtibus XENOPHONTE & LAERTIO.

§. XI.

MESSENIA Elidi contermina diu relinquebatur deſerta, usque dum Polycaon Lelegis filius natu minor inſtinctu uxoris Meſſenæ, comparatis ab Argis & Lacedæmone auxiliis, eam invaſit, univerſamque iſtam terram de uxoris nomine Meſſenen appellavit.

Obſervatio.

Scil. Lelex, qui regnavit in ea Græciæ parte, quæ poſtea Laconia, tunc vero ab ejus nomine Lelegia dicebatur, habebat duos filios, Myletem, qui ei in regno ſucceſſit, & Polycaonem. privatam hunc agentem vitam cum Meſſene uxor, Triopæ filia, pati nollet, utpote patris opibus ac dignitate, qua inter Græcos exſplendeſcebat, elata, ille ad propriam ſibi ſedem quærendam patria exivit, populique hujus auctor extitit.

§. XII.

Numerantur inter reges ejus nobiliores Lynceus, Idæ frater & Apharei filius, quem oculis produnt tam perſpicacibus, ut in quercetis per medios arborum truncos cerneret. Neſtor, in quem ab Apharei filiis mortuis devolvebatur poteſtas. Glaucus pietate & ſingulari deorum cultu inſignis. Phintas, ſub cujus imperio ſemina diſcordiarum inter Meſſenios & Spartanos extitere. Antiochus & Androcles, hujus filii, ſub quibus mutuæ ſimultatis materia firmiores radices egit, ac denique Euphaës filius Antiochi, quem primi armis ſunt agreſſi Lacedæmonii, atque Ariſtodemus, qui

qui vita functum Euphaën in regno ſecutus, primo Meſſenico bello finem populo ſuo non indignum impoſuit.

Obſervatio.

Lynceus fuit tertius à Polycaone rex, de quo ea, quæ protuli, refert PAUSAN. libr. Meſſenicor. c. 2. ex PINDARO, cujus verba Nemeor. Od. X. hæc leguntur:

Ἀπὸ Ταϋγέτȣ πεδαυ-
γάζων ἴδεν λυγκεὺς δρυὸς ἐν ϛελέχει
ἥμενον. Κείνȣ γὰρ ἐπιχθονίων
πάντων γένετ' ὀξύτατον
ὄμμα.

A Taygeto è longinquo con-
ſpicatus vidit Lynceus quercus in trunco
ſedentem (Caſtorem.) Illius enim hominum
omnium fuit acutiſſimus
viſus.

Poſt hunc imperium venit ad Neſtorem, de quo ſupra. Aliquot annos poſt hujus obitum, poſtquam Dorienſes Meſſeniam ſibi vindicarant, regnavit tandem Glaucus Aepyti fil. Jovi Ithomatæ fanum in vertice Ithomæ fertur condidiſſe. Quartus ab eo fuit Phintas, Sybotæ fil. ſub quo tale quid accidiſſe legitur. Utebantur Meſſenii & Lacedæmonii communi templo Dianæ Limnatidis, ad quod cum de more quædam virgines Sparta exirent, violatæ dicebantur à Meſſeniis, ipſo etiam Teleclo rege, injuriam propulſare conante, fu-

neſtis

neſtis auſpiciis interempto. hæc Spartani. contra Meſſenii omnem ſceleris culpam in Spartanos rejecerunt, ſtructas ab illis eſſe inſidias juvenibus adornatis ſe virgines ſimulantibus, & ex improviſo Meſſenios adorituris; quibus patefactis jure repulſa injuria, atque cum morte ipſius Telecli vindicata, PAUS. c. 4. Accedebat ad hæc altera quædam cauſa regnantibus Phintæ filiis. Polychares videlicet Meſſenius non ignobilis; quarta quippe Olympiade ap. Eleos victor renunciatus, boves ſuas Spartano cuidam, Euæphno nomine, paſcendas locavit, cum ipſius agri non ſufficerent, ea mercede, ut eſſet fœturæ etiam particeps. Hic nulla pacti ratione habita, in Laconia mercatoribus pecus venundedit, prædonum rapinam ap. Polycharem mentitus. Sed à fugiente bubulco re prodita, quum precibus tandem ſuis veniam delicti impetraſſet Euæphnus hac conditione, ut argentum venditi pecoris filio, quem cum illo miſſurus erat Polychares, exacte penderet; ille vero ſcelus ſcelere cumulans & filium neci dediſſet nihil quicquam tale divinantem: Polychares immanitate rei permotus omnem rem detulit ad Reges Ephoroſque Lacedæmoniorum, multisque cum lacrimis eorum opem atque vindictam efflagitavit. Fruſtra vero pulſatis diu judicum foribus, in tantam denique rabiem acceptique doloris impatientiam eſt prolapſus, ut quemque Lacedæmoniorum obvium tanquam hoſtem morte mulctaret. Exciti his rebus Lacedæ-

cedæmonii, qui dudum bonam & fertilem Meſſenii agri ſortem lividis intuebantur oculis, cum Antiochus criminis hujus reum hoſtilibus manibus dedere nollet, quoniam nec ipſi Euæphnum ſuæ poteſtati permitterent majoribus multo oneratum ſceleribus, ſed potius omnem cauſam vel ap. Argivos utrorumque conſanguineos, vel in Amphictyonum conſilio cognoſci vellet, paucis poſt menſibus ſub Euphaë Antiochi interim defuncti loco regnante arma ſumſerunt tanta cum acerbitate in Meſſenios, ut jurejurando ſancirent, non à bello ante deſiſtendum, quam hoſtium agrum æterno ſubjectionis vinculo cum ſuo conjunxiſſent, PAUS. c. 5.

§. XIII.

Tria enim recenſentur bella Meſſenica. In primo fortitudinis ſuæ egregia ſpecimina dedere laudatus modo Euphaës & Ariſtodemus. diſtinguitur tribus potiſſimum præliis. in primo æquali marte pugnatum eſt, magnis utrinque cladibus acceptis. in altero cecidit rex Euphaës, cum audacius, quam ipſum decebat, Theopompi Lacedæmoniorum regis cohortem invaderet. quo caſu nihilo ſegniores Meſſenii, exacerbatis ob cædem ſui principis animis, magna ſtrage ſæviebant in hoſtes,

ſtes, viciſſimque plagis afficiebantur maximis, donec lux pugnantes deficiens prælio modum impoſuit. in tertio denique, copiis utrinque bene inſtructis, cum Meſſeniis ſocii venirent Arcades & Argivorum Sicyoniorumque lectiſſimi quique, Lacedæmoniorum vero à partibus ſtarent Corinthii, victoria poſt longum certamen manſit Ariſtodemo Euphais ſucceſſori, Lacedæmoniis fugam capeſſentibus. duravit hoc bellum annos 20. cœptum A. M. 3207. & finitum 3226.

Obſervatio.

Impellentibus videlicet allatis modo cauſis, Lacedæmonii nec per fetialem, uti mos erat, bellum Meſſeniis indixerunt, nec omnino aperte amicitiæ eorum renuntiarunt, ſed, collectis ſuis viribus, clandeſtino conſilio Ampheam, oppidum in præcelſo colle ſitum, ſunt adorti. Ruptæ igitur, imprudentibus oppidanis, portæ, exercitus introductus, Meſſenii fere omnes occiſi, paucis fuga vitam conſervantibus. Hiſce cognitis, ecce conventus habetur & confluxus omnium civitatum ad Stenyclerum, ubi, confirmatis oratione regia animis civium, omnes ad vim repellendam invenit promtos rex Euphaës, de cujus expeditionibus egimus in §. cujus quod ad prima verba, ubi vocavimus

hoc

hoc bellum Meſſenicum, not. ideo ſic appellari ab Autoribus, quod in eo Meſſenii attriti plane ſunt ac omni ſua terra ſpoliati, ſicut v. g. à clade Trojanorum bellum iſtud à Græcis in Ilio geſtum appellatur Trojanum: non quod priores arma ſumſerunt; ita enim vocari mereretur Lacedæmonicum.

§. XIV.

Recepit ſe poſt pugnam hanc in montem Ithomen, ubi, cum videret ſe vim Spartanorum obſidentium longius ferre non poſſe, ipſe ſibi mortem conſcivit, Vir, uti eum celebrat PAUSANIAS Meſſenicorum libro, τὰ μὲν εἰς ἀνθρώπε λογισμὸν ἥκοντα, Μεσσηνίες σώσας, τῆς τύχης δὲ ἐς τὸ μηδὲν ἀγαγέσης τάτε ἔργα αὐτε κὴ τὰ βελέυματα, durante ejus regno annos ſex & aliquot menſes. Poſt hujus interitum permanſerunt quidem in monte menſes adhuc quinque, quibus exactis coacti ſunt Ithomen deſerere, gravemque ſubire Lacedæmoniorum ſervitutem.

Obſervatio.

Conditiones fuerunt hæ. 1. Ne unquam à Spartanis cogitent deficere. 2. Ne quid rerum novarum moliri incipiant. 3. Dimidiam frugum partem ex omnibus arationibus Spartam deportent, & 4. Regum Optimatumque Spar-

Spartanorum funera ſequantur lugubri ornatu & veſte pulla. Καὶ τοῖς παραβᾶσιν ἀπέκειτο ποινή, PAUSAN. c. 14.

§. XV.

Venio nunc ad alterum bellum, quod annos durans 17. cœptum eſt A. M. 3265. finitum, 3282. in quo dux Meſſeniorum Ariſtomenes tantæ virtutis edidit ſpecimina, ut cum præcipuis Heroibus queat conferri. Memoratu digna in hoc bello ſunt tria iterum prælia. Primum ad Deras vicum quendam in Meſſenia, in quo ἔργα φασὶν Ἀριστομένην ἀποδείξασθαι πλέον τι ἢ ἄνδρα ἕνα εἰκὸς ἦν, ὥστε καὶ βασιλέα μετὰ τὴν μάχην ἡροῦντο αὐτὸν, PAUSAN. c. 15. ſecundum ad Apri monumentum, in quo Meſſeniis Elei, Arcades, Argivi, Sicyonii auxilia miſerant, Lacedæmoniis Corinthii. Fudit hic Ariſtomenes Lacedæmonios, & ita fudit, ut de pace ineunda cogitarent. Sed eos Tyrtæus, ludimagiſter quidam Athenis oraculi juſſu Spartam vocatus, elegorum recitatorum ſingulari vi & arte ab hoc conſilio revocavit, ita ut ad tertium veniret res prælium, in quo, corrupto à Lacedæmoniis Ariſtocrate Arcadum rege, ac in

in medio certamine perfidam cum ſuis fugam capeſſente, Meſſenii ad internecionem ſunt deleti, occiſo fortiſſimo quoque. reliquias hujus prælii admodum exiguas collegit Ariſtomenes, occupatoque monte Ira reliquam omnem terram hoſtibus relinquere coactus fuit. Tenuit Iram, utut undique ingenti cinctus obſidione, nihil minus annos 11. tandem cum ſuſtinere impetum hoſtilem longius non poſſet, viam evadendi ſibi paravit per medios hoſtes, & cum paucis incolumis Arcadum terram attigit. ubi, cum de nova in Spartanos expeditione cogitaret, illa vero perfidia Ariſtocratis hoſtibus proderetur, tandem morbo oppreſſus & finem vitæ fecit, & Lacedæmonios perpetuo timore ac periculo liberavit.

Obſervatio.

Cauſa hujus belli fuit inſolita Spartanorum acerbitas, & in victos intolerabilis ſuperbia, qua uſi, libertatis aſſuetos Meſſeniorum animos ita exaſperarunt, ut, auctore hoc Ariſtomene, confluente undique acerrimorum juvenum, quos fortuna reliquit, manu, grave ſervitutis jugum excutere tenta-

 rent.

rent. Poſt tertiam pugnam in monte Ira delitefcens Ariſtomenes, ſemperque excurſionibus ſuis hoſtilem agrum infeſtum reddens, cum aliquando Lacedæmoniorum manipulos dimidia parte plures offenderet, multisque acceptis vulneribus, percuſſoque lapidis ictu capite, corrueret, captusque cum ſociis in Ceadas, antrum quoddam horrendum, ab hoſtibus mitteretur, mirabile eſt, quo pacto hoſtiles eluſerit manus. In imo nimirum ſpecu extremam vitæ horam expectans, omnibus jam extinctis ſociis, ecce per ſubluſtres tenebras vulpem vidit cadavera appetentem. Cogitans itaque per oſtiolum omnino aliquod beſtiam illuc penetraſſe, fera manu altera prehenſa, altera, convertenti, ne morderet, chlamyde objecta, trahentem ſe belluæ per invia præbuit usque ad cuniculum, per quem venientem ante quadrupedem manumiſit. Poſtea vero cavernula illa anguſtiore, quam ut emitti homo poſſet, manibus dilatata, in Iran ad ſuos tandem evaſit, hoſtibusque, quibus res fabulæ ſimilis videbatur, magno cum ipſorum damno ſe præſentem atque vivum ſtitit. Secutus in hac recenſione ſum PAUSANIAM, c. 18. POLYÆNUS Strategematum libro II. c. 31. paulo aliter contexit hanc hiſtoriam; in plurimis tamen nobiſcum convenit. Paulo poſt, cum factas ſecum inducias Spartani non ſervarent, ille vero earum fiducia liberius aliorſum vagaretur, captus eſt ab evocatis qui-

bus-

busdam Cretenſibus ſagittariis, & in tugurium quoddam Meſſenici agri, in quo orba patre puella una cum matre habitabat; deductus eſt. Tacta vero hæc ejus amore vinum Cretenſibus largius fudit, quumque ſe vinolenti omnes abjeciſſent, pugione uni eorum erepto, vinculis Ariſtomenem liberat: ille vero, occiſis inſidiatoribus, in Iran montem invaſit incolumis, PAUS. c. 19. Prodit hanc hiſtoriam paulo aliter cit. GREGORIUS, ex quo fonte, mihi quidem adhuc latet. Quod morte non violenta vitam clauſerit ſuam, teſtatur, cit. PAUS. c. 24. contra STEPH. BYZ. ut videtur, qui in voce Ἀνδανία ſequentia: Ἀνδανία, πόλις Μεσσήνης, &c. ἐκ ταύτης Ἀριστομένης ἐγένετο, ἐπιφανέστατος στρατηγός. Τοῦτον οἱ Λακεδαιμόνιοι πολλάκις αὐτοὺς νικήσαντα θαυμάσαντες, ὡς μόλις ἐκράτησαν ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ ἀνατεμόντες, ἐσκόπουν, εἰ παρὰ τοὺς λοιποὺς ἐστί τι. Καὶ εὗρον σπλάγχνον ἐξηλλαγμένον, καὶ τὴν καρδίαν δασεῖαν, ὡς Ἡρόδοτος καὶ Πλούταρχος, καὶ Ῥιανός.

§. XVI.

Tertium bellum Meſſenicum ex eadem ſervitutis intolerantia ortum brevi eſt compoſitum, ejectis ex Peloponneſo Meſſeniis, qui deinde ab Athenienſibus Naupactum urbem habitandam acceperant.

§. XVII.

Reliquum eſt, ut & urbes hujus re-

regionis præcipuas nominemus. Primum locum obtinet Andania, urbs regia, & Ariſtomenis nativitate clara, uti ex STEPHANO in obſerv. ad §. XV. ſatis apparet, atque PAUSANIAS autor eſt una cum aliis. Pylus, in qua regnavit Neſtor. Hanc ſupra §. VII. referebamus ad Eleam regionem, cum quia Elidi proxima, tum quod, defuncto Neſtore, parebat Eleis. Meſſene poſt bellum Trojanum condita, regiaque ſequentium rectorum ſedes, tantæ magnitudinis tantæque firmitatis, ut STRABONI l. VIII. p. 361. Corinthi ſimilis judicetur. Arcis uſum præſtitit Ithome, conf. §. XIV. ut Acrocorinthus Corinthi. de Amphea dictum eſt in obſerv. ad §. XIII. Nunc ad Laconicam.

§. XVIII.

Poſt ſinum Meſſeniacum ſequitur Laconicus inter Tænarum & Maleam. Non ero prolixus in deſcribendo hujus regionis ac populi genio, indole & rebus geſtis, partim quia jam habemus in Meſſenicis, ex quo de iis judicare queamus, partim quod ob celebrita-

britatem ipſius ſummam à multis hæc materia ſatis eſt pertractata.

Obſervatio.

Scripſit inprimis ſingularem librum de Laconicis Antiquitatibus litterarum Græcarum eximius cultor ac ſuo tempore vindex JOANNES MEURSIUS, quem edidit Amſtelodami A. 1661, SAMUEL PUFENDORF. notavit etiam præcipua hujus Reip. facta JO. GODOFRED. GREGORIUS in Antiquitatibus ſupra cit. quas edi curavit A. 1717.

§. XIX.

Primo vocabatur hæc regio Lelegia, à Lelege, de quo obſerv. ad §. XI. poſtea Lacedæmon in vicinia regnans Eurotæ Myletis filii filiam Sparten uxorem duxit, Lelegiamque cum ſua terra conjunxit. hinc, abolito priore nomine, non amplius Leleges, ſed Lacedæmonii vocati, regiaque ipſa de uxoris nomine SPARTA.

Obſervatio.

De origine nominum certa tradi nequeunt, quippe in rebus antiquitate ſepultis. Illud verum, & regionem & urbem uno fuiſſe appellatas nomine, LACEDÆMONEM; hanc autem antea audiviſſe SPARTAM. Λακεδαίμων ὁμωνύμως λέγεται, καὶ ἡ χώρα, καὶ ἡ πόλις, inquit STRABO p. 367. Sunt, qui putant

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

tant dici prô *Λαχεδαίμων* à ſortitione facta inter duas contendentes familias regias, quo pertinent verba AUTORIS *Etymolog.* ſi dicit: *Λακεδαίμων, πόλις, Λαχεδαίμων τις οὖσα. ἐν αὐτῇ γὰρ οἱ θεοί πρῶτοι ἔλαχον, καὶ ἐκληρώσαντο τὰς πόλεις*, Lacedæmon, urbs: quaſi Lachedæmon quædam. nam in iſta ſortem dii ſuper urbibus miſerunt.„ Nos ſecuti ſumus PAUSANIAM Laconicorum initio. Cur Sparta dicta ſit urbs, audivimus ſec. eund. Auctorem. alii dicunt ita vocatam, quod Leleges, qui primi urbem inhabitarunt, antea ſparſi, huc convenerint, & una habitaverint, &c.

§. XX.

Initia ejus fuerunt valde exigua; abſolvebatur enim tribus, vel, ſec. alios, quatuor oppidulis, Bœo, Cytinio, Erineo & Pindo, de quibus legendus ARISTIDES Orat. Leuctrica 4. & STRABO libro IX. p. 427. Habebant hæc nimirum oppida Dorienſes medii inter Locros & Aetolos: hinc profecti in Peloponneſum venerunt, occupataque Laconica, diu recte & honeſte vixerunt usque ad Lycurgi tempora, cui Remp. regendam permittebant.

Obſervatio.

Trahunt itaque originem ſuam Lacedæmonii à Dorienſibus, quod præter alios etiam diſer-

diſerte dicit DIONYS. HALIC. Antiquit. Rom. l. III. Μέγιςον δὲ, καὶ φανερώτατον τοῦ λόγου τοῦδε παράδειγμα ἡ Σπαρτιατῶν πόλις, οὐ τῶν ἄλλων μόνον ἀξιοῦσα ἄρχειν Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τοῦ Δωρικοῦ γένους, ὅθεν ἀπῳκίσθη.

§. XXI.

Hic quoniam ſtatim ab initio bonis legibus muniret Rempubl. quas ab Apolline Delphico finxit acceptas, quo majorem nanciſcerentur & auctoritatem & conſtantiam, Lacedæmonii tanto exinde poſt ſe alios reliquerunt intervallo, ut ſoli Græcorum terra marique imperium obtinuerint, principatumque continenter geſſerunt, donec à Thebanis eſt iſte eis, ac ſtatim his à Macedonibus ereptus.

Obſervatio.

Lycurgus quidem, inquit CICERO de Divin. l. II. qui Lacedæmoniorum Remp. temperavit; leges ſuas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit. quas cum vellet Lyſander commutare, eadem eſt prohibitus religione. conf. POLYÆN. Strat. l. I. c. 16. Reliqua paragraphi verba ſunt STRABONIS l. VIII. p. 365. ad quæ notandum, amiſiſſe Lacedæmonios τὴν ἡγεμονίαν τῶν Ἑλλήνων eo bello, quo cladem Leuctricam à Thebanis, duce Epaminonda, acceperunt, cum duraſſet annos fe-

re quingentos, ſec. DIODOR. SICUL. in anno 1. Olymp. CII. aliquando tamen fuit interruptus, Athenienſibus eum poſt bellum Medicum obtinentibus.

§. XXII.

In iis ferendis ſecutus eſt Cretenſes, apud quos Thalete uſus fuit valde familiariter, atque Aegyptios, uti multis oſtendit STRABO libr. X. p. 482.

Obſervatio.

Pertinet huc etiam locus è THUCYDIDIS SCHOLIASTE libr. II. *Αἰνίττεται τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων (νόμους·) οὓς Λυκοῦργος ἔγραψε, μιμησάμενος τοὺς Κρητῶν, καὶ Αἰγυπτίων νόμους.* Duraverunt autem totidem annos, quot diximus Lacedæmonios principatum geſſiſſe. Creverunt ſub his eorum res ita, ut pro illis tribus, vel quatuor, §. XX. denique centum numerarent urbes, pro quarum ſalute diis ſacra faciebant, quæ Ἑκατόμβαια vocabantur, à mactatione ſcil. centum boum ſingulis annis.

§. XXIII.

Taceam, quid de regibus eorum ducibusque, à quibus, iisdemque ſingulari virtute præditis, nulla unquam fuit ſolitudo, dici poſſit & mereatur: quid de vivendi ratione ſtudiisque prævalentibus. illa enim & ſæpe dicta ſunt, & dicuntur quotidie.

Obſer-

Obſervatio.

Exemplo fortis ac pro patriæ ſalute ſe devoventis Spartani eſſe poteſt Leonidas, qui, quo tempore Xerxes cum infinito prope hominum numero Græciam invaſit, cum CCC. Lacedæmoniorum cohorte ad Thermopylas occurrit, ibique interfecta ingenti Perſarum multitudine, lubens cum ſuis inter hoſtium circumvolitantia tela occubuit. STRABONIS tempore, uti refert libro IX. p. 429. extitit adhuc eorum polyandrium, ac columnæ, & inſcriptio omnium olim Lacedæmoniorum ore decantata:

Ὦ ξένʼ ἀπάγγειλον Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
Κείμεθα τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις.

„Hoſpes Spartanis dic nos hic eſſe ſepultos
Præſtato illorum legibus obſequio.„

§. XXIV.

Illud tantum dicam, naturam in his abunde ſatis oſtendiſſe, quid poſſet in utramque partem, cum & virtutibus ſplendidiſſ. & graviſſimis vitiis unum oneraret populum. inter hæc non extremo loco ponenda fallendi ars inſignis, ac per fas & nefas prævalendi ſtudium immoderatum.

Obſervatio.

Tribuit hinc illis PAUSANIAS Meſſenicorum c. 17. initium & artem corrumpendi

militis. Πρῶτοι ὢν ἴσμϑυ, Λακεδαιμόνιοι πολεμίῳ ἀνδρὶ δῶρα ἔδοσαν, καὶ ὤνιον πρῶτοι κατεςήσαντο εἶναι τὸ κρᾶτος τὸ ἐν τοῖς ὅπλοις. Et EURIPIDES in Andromacha valde eos depexosdat, ubi dicit:

Ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἔχθιςοι βροτῶν,
Σπάρτης ἔνοικοι· δόλια βουλευματα
Ψευδῶν ἄνακτες, μηχανοῤῥάφοι κακῶν·
Ἑλικτὰ, κἀδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πάντα πέριξ
Φρονοῦντες· ἀδίκως εὐτυχεῖτ' ἀν' Ἑλλάδα.
Τί δ' ὀκ ἐν ὑμῖν ἐςιν; ὀ πλεῖςοι φόνοι;
Οὐκ αἰσχροκερδεῖς; ὀ λέγοντες ἄλλα μὲν
Γλώσσῃ, φρονοῦντες δ' ἄλλ' ἐφευρίσκεσθ' ἀεί;

„O omnibus hominibus inimiciſſimi mortalium,
Spartæ incolæ; doloſi conſultores,
Mendaciorum reges, fraudulenti ſutores malorum;
Tortuoſa & nil ſani, ſed omnia inſidioſe
Sentientes: immerito floretis in Græcia.
Quid enim non eſt in vobis? nonne plurimæ cædes?
Nonne turpis quæſtus cupidi eſtis? nonne alia quidem dicentes
Lingua, alia vero ſentientes, deprehendimini ſemper?„

Hactenus de Laconica.

§. XXV.

Vertimus ſtilum & meditationem no-

Digitized by Google

noſtram ad Argivorum regionem populi non minus virtute inter Græcos nobilitati, quam ullus alius. Perpetua interceſſit inter illos ac Lacedæmonios & acris ſimultas, nec non cum Athenienſibus de antiquitate contenderunt.

Obſervatio.

Inprimis in bello Trojano fortitudinis ſuæ documenta inſignia dediſſe conſtat ex HOMERO, qui hinc ſæpius totam Peloponneſum, immo totam Græciam ARGOS appellavit, Græcosque ARGIVOS, uti pluribus STRABA docet l. VIII. p. 369. Quod Lacedæmoniis fuerint infenſi, indicant tum bella, quæ cum illis geſſerunt, tum quod PAUSANIAS Atticorum c. 29. in ſenſu quodam eminenti eos videatur nominare *τῶν Λακεδαιμονίων ἐχθροὺς*, & Arcadicorum c. 27. dicat, *ἅτε καὶ Ἀργείους ἐπιςάμενοι τὰ μὲν ἔτι παλαιότερα μονονοὺ κατὰ μίαν ἡμέραν ἑκάςην κινδυνεύοντας ὑπὸ Λακεδαιμονίων καταςαθῆναι τῷ πολέμῳ*, Meminerant Arcades Argivos jam tum ab initio nullo non pene die, ſummo cum libertatis periculo, à Lacedæmoniis bello vexari ſolitos. Idem cap. 14. Attic. de contentione Athenienſ. & Argivorum, *Ἑλλήνων*, inquit, *οἱ μάλιςα ἀμφισβητοῦντες Ἀθηναίοις ἐς ἀρχαιότητα καὶ δῶρα παρὰ θεῶν φασὶν ἔχειν, εἰσὶν Ἀργεῖοι, καθάπερ βαρβάρων, Φρύξιν Αἰγύπτιοι.*

§. XXVI.

§. XXVI.

Nomen derivant ab Argo, tertio rege, primus enim fuiſſe dicitur Inachus, ſecundus Phoroneus, qui diſperſos ante homines atque ſeorſum habitantes, in unam civitatem coëgit, oppidumque de ſuo nomine Phoronicum appellavit, tertius hic Argus ſucceſſor, Phoronei ex filia nepos, à quo & regioni & ſedi regiæ nomen.

Obſervatio.

Sunt hæc iterum verba PAUSANIÆ Corinthiacorum c. 15, 16.

§. XXVII.

Urbes præcipuæ fuerunt Argos, ante dicta Phoronicum, quæ in tantum excrevit, ut cum Sparta poſſet contendere: Mycene, Perſei regia, ſed ab Argivis funditus tandem everſa: Trœzen, ſive Poſeidonia, ante cujus portum Calauria, inſula parva, in qua aſylum Neptuni, & conventus Amphictyonum civitatum ſeptem: Epidaurus celebris propter Aeſculapium, apud quam inſula Aegina, Aeaci patria, & Methana, locus munitus,

tus, in cujus obſidione oculus Philippo fuit exciſus.

Obſervatio.

Omnium, ait STRABO p. 376. quæ in Peloponneſo ſunt, urbium ἐνδοξόταται γεγόνασι, καὶ μέχρι νῦν εἰσιν Ἄργος τε, Σπάρτη τε . . . τὸ παλαιὸν μὲν οὖν ηὐδοκίμει τὸ Ἄργος μᾶλλον· ὕστερον δὲ καὶ μέχρι παντὸς ὑπερεβάλλοντο Λακεδαιμόνιοι, καὶ διετέλεσαν τὴν αὐτονομίαν φυλάττοντες· πλὴν εἴ τι που μικρὸν προσπταίειν αὐτοὺς συνέβαινεν. Ἀργεῖοι δὲ Πύῤῥον μὲν οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ πρὸ τοῦ τείχους ἔπεσε, γραΐδίου τινὸς ὡς ἔοικε κεραμίδα ἀφέντος ἄνωθεν ἐπὶ τὴν κεφαλήν. Interiit itaque pro mœnibus hujus urbis Pyrrhus, Epirotarum rex generoſiſſimus. Quid quod illa etiam HOMERUM ex ſe oriundum jactitabat, quod adhuc aliæ ſex fecerant ſec. verſus:

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Χῖος,
Ἄργος, Ἀθῆναι.

„Septem urbes certant de ſtirpe inſignis Homeri,
Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin,
Chios, Argos, Athenæ.„

Mycenæ, ubi regnavit Perſeus, cum Acriſium avum maternum diſci impetu occidiſſet, aliquando una fuit ex præcipuis; quam vero Argivi ex invidia præreptæ ipſis gloriæ in bello

lo Perſico, quod, his ceſſantibus, Leonidæ ad Thermopylas octoginta ſocios miſerant, ſolo æquarunt, ita ut ne ejus veſtigium amplius ſupereſſet. conf. PAUSAN. Corinth. c. 16. Trœzen ab uno Pelopis filiorum eſt condita, ac Neptuno dicata, à quo nomen Poſeidonia: ante illam jacet Calauria, in qua ſanctiſſimum Neptuni fanum, à quo abſtrahere ſupplicem nefas habebatur, & Demoſthenis ſepulcrum, cui fortuna ſemper bonis iniqua, jam grandi natu, exilii experiundi conſciſcendæque ſibi mortis neceſſitatem obtulit, PAUS. Corinth. c. 33. STRAB. p. 374. Quoniam memini Amphictyonum conventus, liceat eorum originem paucis indicare. Erat in Phocide, de qua dicemus ſuo loco, urbs nobiliſſima Delphorum nomine, ob templum Apollinis Pythii, & oraculum. Hic dum ſemper magnus hominum erat confluxus, multæque opes deponebantur & donaria, inſtitutum quoddam eſt collegium, quod & de publicis rebus conſultaret, & templi communem ſuſtineret procurationem. Auctorem hujus conventus tradunt Amphictyonem Deucalionis filium, vid. PAUSAN. Phocicorum c. 8. mihi placet judicium STRABONIS, qui ſuæ relationi lib. IX. p. 420. addit hæc: Τὰ πάλαι μὲν ἐν ἀγνοεῖται. Hoc concilium ap. Neptuni fanum explebant civitates, Hermione, Epidaurus, Aegina, Athenæ, Praſiæ, Nauplia, & Orchomenus Minyeius, uti idem

idem libr. VIII. p. 374. De Epidauro conſtat, ibi vel natum, vel cultum ſane maximopere Aeſculapium, πεπιστευμένον θεραπεύειν νόσους παντοδαπὰς, καὶ τὸ ἱερὸν πλῆρες ἔχοντα ἀεὶ τῶν τε καμνόντων, καὶ τῶν ἀνακειμένων πινακίων, ἐν οἷς ἀναγεγραμμέναι τυγχάνουσιν αἱ θεραπεῖαι, ib. conf. & PAUS. c. 29. Corinth. ubi etiam agit de Aeginetis atque Aeaco, quem ſolum hic regnaſſe dicit. Methanam idem vocat πόλισμα οὐ μέγα ἐπὶ θαλάσσῃ, c. 34. ſed χωρίον ἐρυμνὸν, ἐν ᾧ Φίλιππος ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμὸν πολιορκῶν, STRABO loco cit.

§. XXVIII.

Jungimus his Corinthum, ſiquidem ſecundum PAUSANIAM cap. I. ἡ Κορινθία χώρα, μοῖρα τῆς Ἀργείας. Urbs eſt nec loci opportunitate, nec copia rerum ceteris poſtponenda. Jacebat enim in ipſo Peloponneſi introitu, lateraque claudebant duo portus, unus Italiæ, alter Aſiæ obverſus, ita ut eorum, quæ terra vel importabantur, vel exportabantur, vectigalia acciperet, atque cum exteris nationibus perpetuam exercere mercaturam poſſet. Ad quæ commoda tanquam cumulus accedebat Iſthmicum certamen, quod ibi frequentari ſolitum magnam hominum

minum turbam adduxit. Imminebat etiam in præſidium urbi mons ſtupendæ molis, in quo Arx, uti LIVIUS ait libr. XLV. c. 28. in immanem altitudinem edita, & fanum Veneris. Cives ejus ad res civiles tractandas maxime fuerunt idonei, itemque ad quælibet exercenda artificia, inprimis pingendi fingendique artem. Nota ſunt vaſa Corinthiaca à Romanis tanto in pretio habita, ut ditiſſimos perderent. Feminæ vulgati corporis & avaræ. Everſa tandem eſt à L. Mummio, totaque regio in Romanorum poteſtatem redacta: Sed ſub Julio Cæſare, miſſis illuc plurimis libertinis & veteranis militibus, ſurrexit è cineribus, nec mediocres iterum vires nacta eſt, licet prioribus nullo pacto comparandas.

Obſervatio.

Urbs hæc pulcherrima atque ornatiſſima, pleniſſimaque rerum omnium, uti eam appellat eloquentiæ Latinæ *Pater*, quantum perſpici poteſt, nomen ſuum debet Corintho Marathonis filio, quem multitudo Corinthiorum, ut initia eorum eſſent eo auguſtiora, ab Jove proſatum finxit. Sita erat in Iſthmo, illa terræ anguſtia, per quam una pate-

patebat è Peloponneſo in continente via ad reliquam Græciam. Portus, quo utebantur ad negotiationes Europæas, dicebatur *Lechæum*, alter ad Aſiaticas *Cenchreæ*, intervallo ſtadiorum 40. diſſiti, & ita comparati, ut facile inter ſe invicem commutare merces poſſent. Iſthmicus ludus inſtitutus in memoriam Melicertæ ſeu Palæmonis cum matre ad petram Moluridem in mare ſe præcipitantis, & à Delphine quodam in Corinthiorum littus ejecti, à Siſypho inventi ac ſepulti. Uſitata fuere in illo certamina omnis generis, uti in Olympiis, Pythiis, & Nemeis, victorique dabatur antiquitus corona è Pinu, in gratiam Neptuni, cujus in Iſthmo templum ἄλσει πιτυώδει συνηρεφὲς, STRAB. pag. 380. vel, uti PLUT. Symp. l. V. quæſt. 3. quod ex pinu naves, quibus Neptunus præeſt, commodiſſime fabricentur. Plura ſi vis, lege προλεγόμενα ERASMI SCHMIDII, quæ præmiſit PINDARI Iſthmiis. Fanum Veneris erat in ipſo vertice Acrocorinthi, ἡ μὲν ἐν κορυφῇ ναΐδιον ἔχει Ἀφροδίτης, p. 379. habuitque plures, quam mille famulas meretrices: inter quas eminebat *Lais* & formæ elegantia, & amaſionum multitudine, quam cum clanculum vellet adire orator Demoſthenes, illa vero pro opera poſceret ſibi μυρίας δραχμὰς, non potuit non perterritus tanta pecunia mirari mulieris petulantiam, atque in hæc erumpere verba: οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν. Hinc Proverb. quoque

C que

que ortum dicit HORATIUS in epiſtolis libr. I. ep. 17. *ὀ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ᾽ ὁ πλοῦς*:

„Principibus placuiſſe viris non ultima laus
eſt.
Non cuivis homini contingit adire Corinthum:
Sedit, qui timuit, ne non ſuccederet. „

Quod quidem Adag. STRABO ad luxum Corinthiacum in genere refert, quoniam ibi hoſpites ac nautæ immoderatos facere ſumtus ſolebant. SUIDAS vero ita explicat, ut dicatur proxime de difficili, nec ſatis tuto in Corinthiacum portum appulſu: de quo cit. STRAB. *ἦν δ᾽ ὁ πορθμὸς οὐκ εὔπλους ὁ κατὰ τὴν Σικελίαν τὸ παλαιόν.* Romanos ita ignominioſe habuerunt, ut quidam auderent *καὶ τῶν πρέσβεων παριόντων τὴν οἰκίαν αὐτῶν, καταντλῆσαι βόρβορον.* capta eſt à L. Mummio A. V. C. 608. de qua expugnatione PAUSAN. Cor. c. 1. FLOR. epit. LI. JUSTIN. l. XXXIV. aliique rerum Rom. Hiſtorici.

§. XXIX.

Pertinent huc porro Sicyonii, PAUSAN. c. 6. urbs præcipua Sicyone, quam à Corintho diſtinguit Nemea fluv. ante Ægaleja dicta. Crevit hæc interitu Corinthi, ſiquidem maxima ejus agri pars illi fuit adjudicata, STRAB. 381.

§. XXX.

§. XXX.

ACHAJA, de qua in ordine dicendum venit, terra dicitur inter Sicyonios & Eleos media, orientem verſus excurrens. Nomen refertur ad Achæum, primum regem, Xuthi filium, conditorem hujus imperii A. M. 2601. Populus nequaquam habebatur ignobilis, adeo ut de eorum nomine quondam vocaretur tota *Peloponneſus*. Notum illud fœdus Achaïcum ab Arato Achæorum duce ſi non incoatum, auctum tamen magnisque operibus mirifice confirmatum. *Ægium* fuit urbs reliquis Achajæ urbibus gloria atque potentia, poſt deletam eluvionibus Helicen, palmam præcipiens, in qua concilium & conventus confœderatorum, uti Amphictyonum ad Thermopylas & Delphos.

Obſervatio.

Conf. PAUS. Achaicorum c. 1. POLYB. Ἀχαιῶν τὸ ὄνομα κατὰ πάντων τῶν Πελοποννησίων ἐπεκράτησε. De Arato teſtatur his STRAB. l. VIII. p. 385. Ἄρατος ὁ στρατηγήσας, ἀφείλετο Ἀντίγονον τὴν Ἀκροκόρινθον, καὶ τὴν πόλιν τοῖς Ἀχαιοῖς προσέθηκε, καθάπερ καὶ τὴν πατρίδα

τρίδα (Sicyoniam putat.) προσελάβετο δὲ καὶ Μεγαρέας· καὶ τὰς παρ' ἑκάστοις τυραννίδας καταλύων, Ἀχαιοὺς ἐποίει τοὺς ἐλευθερωθέντας· καὶ μετ' ὀλίγα τὴν Πελοπόννησον ἠλευθέρωσε τῶν τυραννίδων· ὥστε καὶ Ἄργος, καὶ Ἑρμίων, καὶ Φλιοῦς, καὶ Μεγαλόπολις ἡ μεγίστη τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ προσετέθη τοῖς Ἀχαιοῖς. Idem dicit Helicen fuiſſe abſorptam biennio ante pugnam Leuctricam, κατεκλύσθη δὴ Ἑλίκη δυσὶν ἔτεσι πρὸ τῶν Λευκτρικῶν, quoniam ſimulacrum Neptuni ibi culti Jonibus petentibus denegarant. Sed PAUS. Ach. c. 24. cauſam affert, quod ſupplices è templo abſtractos trucidaſſent. Χρόνῳ δὲ Ἀχαιοῖς τοῖς ἐνταῦθα, ἱκέτας ἄνδρας ἀποστήσασιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ καὶ ἀποκτείνασιν, οὐκ ἐμέλλησε τὸ μήνιμα ἐκ τοῦ Ποσειδῶνος· ἀλλὰ σεισμὸς ἐς τὴν χώραν σφίσιν αὐτίκα κατασκήψας, τῶν τε οἰκοδομημάτων τὴν κατασκευὴν, καὶ ὁμοῦ τῇ κατασκευῇ καὶ αὐτὸ τῆς πόλεως τὸ ἔδαφος ἀφανὲς ἐς τοὺς ἔπειτα ἐποίησε: De conſecuta hanc cladem maris eluvione agit *Idem* in ſeqq.

§. XXXI.

Reſtat, ut aliqua proferamus de ARCADIA. Eſt autem regio in medio ſita Peloponneſi, ita ut ejus incolæ à mari undecunque ſint ſecluſi. Gens antiquiſſima Græciæ, cujus regem primum Pelasgum, à quo terra dicta eſt Pelasgia, ſecundum Lycao-

nem

nem fil. tertium Nyctimum, & quartum Arcadem, hujus fil. à quo Arcadia dicta, ultimum vero Ariſtocratem II. à civibus ob perfidiæ ſcelus necatum commemorant.

Obſervatio.

Ἀρκάδες τὸ ἐντὸς οἰκοῦσιν ἀποκλειόμενοι θαλάσσῃ πανταχόθεν, PAUS. Arcadicorum c. 1. Vocabantur ob antiquitatem, & quod ſolum nunquam verterunt, more reliquorum populorum, Προσέληνοι, ut qui ante Lunam creati, LYCOPHR. Argonaut. 9. &c. Αὐτόχθονες, *indigenæ*, quoniam teſte THUCYD. l. I. Hiſt. p. 3. lin. 25. μάλιςα τῆς γῆς ἡ ἀρίςη ἀεὶ τὰς μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων εἶχε, ἥτε νῦν Θεσσαλία καλεμένη καὶ Βοιωτία, Πελοποννήσε τε τὰ πολλὰ, πλὴν Ἀρκαδίας. „Atque potiſſimum optimus quisque ager his incolarum mutationibus ſemper erat obnoxius, ut & ea, quæ nunc Theſſalia vocatur & Bœotia, & Peloponneſi magna pars, præter Arcadiam.„ Pelasgi dicebantur à primo regePelasgo, qui rudes homines certisque manſionibus uti neſcios, tuguria ad frigoris, imbrium, & æſtus incommoda arcenda ædificare docuit, herbisque obviis omnibus ſine diſcrimine incautius veſcentibus perſuaſit, ut glandes è ſola fago adhiberent ad cibum tanquam multo ſalubriores reliquis. Unde Epigramm.

Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανοφάγοι ἄνδρες ἔασιν.

Majorem tamen in iis excolendis & ad quandam humanitatem redigendis navavit operam *Areas*, qui τὴν ποίησιν ἐδίδαξε τοῦ ἄρτου, καὶ ἐσθῆτα ὑφαίνεσθαι καὶ ἄλλα τὰ ἐς ταλασίαν, PAUS. c. 4. idem c. 5. de Ariſtocrate II. κατελίθωσαν τοῦτον οἱ Ἄρκαδες, φωράσαντες δῶρα ἐκ Λακεδαιμονίου εἰληφότα, καὶ Μεσσηνίοις τὸ ἐπὶ τῇ μεγάλῃ Τάφρῳ πταῖσμα προδοσίαν τοῦ Ἀριστοκράτους οὖσαν. conf. ſupra §. XV.

§. XXXII.

De rebus eorum geſtis illud notandum eſt, quod ſemper aliis adjutores extiterint, nunquam pro ſua ſola patria bello ſuſcepto. Sic antiquiſſima memoria eſt expeditionis Iliacæ: ſic ſocios eos meminimus in bello Meſſenico. Interfuerunt etiam pugnæ Plataeenſi, Perſis fatali: Leuctricæ Lacedæmoniorum clade notabili, quorum potentiam & imperandi cupiditatem ſibi inprimis ultima fata minantem, ut reſtinguerent, perpetuò communes cum aliis partes amplexari neceſſarium duxerant.

Obſervatio.

In Iliaca expeditione, ut qui à mari remotiores, navibus utebantur ab Agamemnone

mnone acceptis, HOMER. dux fuit Agapenor, PAUS. Arc. c. 5. qui idem populos recenſet contra Mardonium Perſarum ducem in pugna Platæenſi ſtantes, inter quos ex Arcadum concilio Tegeatæ fuerunt & Orchomenii, *Eliac.* priore c. 23.

§. XXXIII.

Urbes fuerunt præcipuæ, *Mantinea*, ſemper Athenienſium partes contra Lacedæmonios ſecuta, ſed ab Ageſipolide duce Laced. tandem capta & diruta: poſt pugnam vero Leuctricam reſtaurata. *Pallantium*, à quo Palatium Romanorum, & *Megalopolis* Epaminondæ victoris conſilio exſtructa contra Lacedæmonios, ſed ſequentibus temporibus à Cleomene Leonidæ filio, & rege Laced. funditus everſa. Fuit patria Philopœmenis, & Polybii hiſtorici.

Obſervatio.

Nimirum Ageſipolis, Pauſaniæ filius, cum Mantinenſes quidem aperto prælio fugaſſet, ipſam vero Mantineam capere non ſuſtinuiſſet, exemplo tandem Cimonis, filii Miltiadis, fluvium Ophin ad muros detorſit. Qui cum ea alluvione facile reſolverentur,

quoniam è crudo erant exſtructi laterculo, aditus in urbem patuit hoſtibus haud difficilis, qui, urbe maximam partem diruta, paucis relictis ad habitandum ædificiis, κατὰ κώμας τοὺς ἀνθρώπους διῴκισαν, PAUSAN. c. 8. Μαντινέας δὲ, pergit *Auctor cit.* ἐκ τῶν κωμῶν κατάξειν ἐς τὴν πατρίδα ἔμελλον Θηβαῖοι μετὰ τὸ ἔργον τὸ ἐν Λεύκτροις. Quod ad Pallantium, idem dicit c. 43. Evandrum καὶ γνώμην καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἄριστον τῶν Ἀρκάδων in coloniam miſſum, ἄγοντα Ἀρκάδων τῶν ἐκ Παλλαντίου στρατιὰν, condidiſſe urbem in locum Tiberi proximum, appellatam de Arcadici oppidi nomine Pallantium: Χρόνῳ δὲ ὕστερον μετέπεσε τὸ ὄνομα ἐν ἀναιρέσει γραμμάτων τοῦ τε λ καὶ τοῦ ν. & de Megalop. c. 33. exſtructa eſt non multo poſt Leuctricam pugnam: Sed capta ἐν σπονδαῖς à Cleomene, aufugiente tamen ad Meſſenios Philopœmene, ſtrenuo Megalopolitanorum duce, cum duabus amplius civitatis partibus, Meſſenicor. c. 29. & ita deſtructa, ut eſſet juxta illud Comici, quod STRABO adducit l. VIII. p. 388.

Ἐρημία μεγάλη ἡ Μεγαλόπολις.

HI-

HISTORIÆ GRÆCIÆ

CAPUT II.

§. I.

Confecto per Peloponneſum itinere, pergimus ad eas regiones, quæ olim ſub Græciæ propriæ, vel Achajæ veniebant nomine. Hic primum incidimus in ATTICAM, cujus uſurpare memoriam non ſine delectatione poſſumus, cum, quicquid habemus humanitatis, ejus beneficio habeamus. Jacet autem in ea continentis Græciæ parte, quæ Cycladas inſulas & Ægeum mare ſpectat, & in qua Sunium prominet ejus promontorium.

Obſervatio.

Dicebatur Attica antiquitus Actæa ab Actæo, primo Athenienſium rege, cui ſucceſſit Cecrops, à quo Cecropia dicta. Secutus hunc Cranaus, Ἀθηναίων δυνάμει πρέχων, cum, Cecrope patre adhuc vivo, moreretur

tur filius Eryſichthon. habuit hic Cranaus præter alias filiam Ἀτθίδα nomine, ἀπὸ ταύτης ὀνομάζουσιν Ἀττικὴν τὴν χώραν, πρότερον καλουμένην Ἀκταίαν, PAUSAN. Attic. c. 2. at STRABO l. IX. p. 391. Τὸ παλαιὸν Ἀκτὴν λεχθῆναι dicit καὶ Ἀκτικὴν τὴν νῦν Ἀττικὴν παρωνομασθεῖσαν, ὅτι τοῖς ὄρεσιν ὑποτέθειται τὸ πλεῖστον μέρος αὐτῆς ἀλιτενὲς καὶ στενὸν, μήκει δ' ἀξιολόγῳ κεχρημένον, προπεπτωκὸς μέχρι τοῦ Σουνίου, quod maxima ejus pars ſubjacet montibus ad mare vergens & anguſta, in longitudinem porrecta juſtam, usque ad Sunium. Recte id quidem ſec. Grammaticos, qui ἀκτὴν vocant non quodcunque littus, ſed quod ſit πετρῶδες, ἀπὸ τοῦ ἄγεσθαι τὰ κύματα, quod ibi ſe frangant undæ.

§. II.

A Cecrope, de quo in Obſerv. anteced. dictam quoque Cecropiam vult APOLLODORUS lib. III. Hic, ut à populationibus à terra Bœotorum, à mari vero Carium, incolas præſtaret tutos, omnem multitudinem in duodecim contraxit urbes: has in unam poſtea Theſeus, optime cum in aliis rebus, tum maxime in eo de Rep. bene meritus, quod popularem adminiſtrationem conſtituit, cum antea regibus ſubeſſent.

Obſer-

Obſervatio.

APOLLODORI verba: Κέκροψ αὐτόχθων, συμφυὲς ἔχων σῶμα ἀνδρὸς καὶ δράκοντος, τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσε πρῶτος· καὶ τὴν γῆν, πρότερον λεγομένην Ἀκτὴν, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ Κεκροπίαν ὠνόμασε. STRABO p. 397. φησὶ Φιλόχορος πορθουμένης τῆς χώρας ἐκ θαλάττης μὲν ὑπὸ Καρῶν, ἐκ γῆς δὲ ὑπὸ Βοιωτῶν, οὓς ἐκάλουν Ἄονας, Κέκροπα πρῶτον εἰς δυωκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος, ὧν ὀνόματα, Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσὶς, Ἀφύδνα, Θόρικος, Βραύρων, Κύθηρος, Σφηττος, Κηφισσία, Φάληρος. Πάλιν δ᾽ ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν, τὰς δώδεκα Θησεύς. De hoc item PAUSAN. c. 3. δηλοῖ δὲ ἡ γραφὴ, locutus antea de pictura quadam Theſei, Θησέα εἶναι τὸν καταστήσαντα Ἀθηναίοις ἐξ ἴσου πολιτεύεσθαι. Κεχώρηκε δὲ φήμη καὶ ἄλλως ἐς τοὺς πολλοὺς, ὡς Θησεὺς παραδοίη τὰ πράγματα τῷ δήμῳ, καὶ ὡς ἐξ ἐκείνου δημοκρατούμενοι διαμείναιεν, πρὶν ἢ Πεισίστρατος ἐτυράννησεν ἐπαναστάς. De eo ſingularem librum confecit JOANN. MEURSIUS, Ultrajecti editum 1684.

§. III.

Urbs ea vocabatur *Athenæ*, de quo nomine dubitatur tamen, an à Theſeo ſit profectum. Teſtimonium TULLII ſufficiet ad delineandum ejus ſplendorem atque præſtantiam ſatis per ſe paten-

tentem. Ita ille pro L. Flacco. „Adſunt Athenienſes, unde doctrina, humanitas, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur: de quorum urbis poſitione, propter pulcritudinem, etiam inter deos certamen fuiſſe proditum eſt. quæ vetuſtate ea eſt, ut ipſa ex ſeſe cives ſuos genuiſſe dicatur. „

Obſervatio.

PLUTARCHUS auctor eſt in vita Theſei, hunc auctæ in majus à ſe Urbi nomen tale dediſſe: Τὸ ἄςυ, τήν τε πόλιν, Ἀθήνας προσηγόρευσεν. at JUSTIN. l. II. aliique Amphictyonem Cranai ſucceſſorem faciunt hujus nominis auctorem. Poſt hunc Cranaum Amphictyon regnavit; qui primus Minervæ urbem ſacravit, & nomen civitati Athenas dedit. Quod divini cujusdam certaminis memenit CICERO, illud in hunc modum APOLLODORUS l. III. ἐπὶ τούτου (τοῦ Κέκροπος) φασὶν, ἔδοξε τοῖς θεοῖς πόλεις καταλαβέσθαι, ἐν αἷς ἔμελλον ἔχειν τιμὰς ἰδίας ἕκαςος. ἧκεν οὖν πρῶτος Ποσειδῶν ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, καὶ πλήξας τῇ τριαίνῃ κατὰ μέσην τὴν ἀκρόπολιν, ἀνέφηνε θάλασσαν, ἣν νῦν Ἐρεχθηΐδα καλοῦσι· μετὰ δὲ τοῦτον ἧκεν Ἀθηνᾶ, καὶ ποιησαμένη τῆς καταλήψεως Κέκροπα μάρτυρα, ἐφύτευ-

τευσεν ἐλαίαν, ἣ νῦν ἐν τῷ Πανδροσίῳ δείκνυται. Γενομένης δὲ ἔριδος ἀμφοῖν περὶ τῆς χώρας, Ἀθηνᾶν καὶ Ποσειδῶνα διαλύσας Ζεὺς, κριτὰς ἔδωκεν· οὐχὶ, ὥς εἶπόν τινες Κέκροπα καὶ Κραναὸν, οὐδὲ Ἐρεχθέα, θεοὺς δὲ τοὺς δώδεκα. Καὶ τούτων δικαζόντων, ἡ χώρα τῆς Ἀθηνᾶς ἐκρίθη· Κέκροπος μαρτυρήσαντος, ὅτι πρῶτον ἐλαίαν ἐφύτευσεν. Ἀθηνᾶ μὲν οὖν ἀφ᾽ ἑαυτῆς τὴν πόλιν ἐκάλεσεν Ἀθήνας Aliter tamen recenſet hancce contentionem CONSTANTINUS, Geoponic. l. IX. c. 1. aliter è *Varrone* AUGUSTINUS de Civit. Dei, l. XVIII. c. 9. à Minervæ nomine dictas Athenas, res certa eſt, ſed qua occaſione, latet. Ita SOPHOCLES in Oed. Col.

> Ἴτ᾽ ὦ μεγίστης Παλλάδος καλούμεναι,
> Πασῶν Ἀθῆναι τιμιωτάτη πόλις.

Dicit porro *Orator* eloquentiſſ. doctrinam, humanitatem, &c. hinc ortas, atque in omnes terras diſtributas: poſterius verum omnino eſt, uti teſtantur plerique, & DEMETRIUS PHALEREUS ap. *Rutilium Lupum* de Fig. Sent. l. II. Nobis primum dii immortales fruges dederunt; nos, quod ſoli accepimus, per omnes terras diſtribuimus. de priore autem eſt, cur dubitemus. Quod enim litteras attinet, illas à *Cadmo* ex Phœnicia allatas conſtat: quod doctrinam & humanitatem, quis eſt neſcius, omnes eorum Philoſophos ad Ægyptios, aliarumque barbararum gentium ſapien-

ſapientes migraſſe, & hauſiſſe inde, quicquid in Græcia profitebantur. Quodſi quis uti vellet argumento, quod profert LAERTIUS in Procemio, Philoſophiæ nomen eſſe vocem *Græcam*, non *Barbaram*, & concluderet, Ergo eſſe inventam à Græcis, non à Barbaris: illi reſpondeo cum CASAUBONO, pugionem eſſe vere plumbeum, & perinde, ac ſi argutarer, Medicinam à Romanis inventam, quia Medicinæ appellatio ſit Romana, non Barbara. Eadem ſentienda de Religione. De frugibus autem quanquam multus eſt in adſtruenda Athenienſibus earum origine ISOCRATES in Panegyrico; tamen res deſinit in fabula de Cerere, quæ à Siculis primo, non Athenienſibus culta fuit. Taceam jura & leges; nota enim ſunt magna *Solonis* itinera: ut recte a JOANNE MEURSIO in ejus vita c. 12. illam etiam legem de æris alieni remiſſione, quam σεισάχθειαν appellant, ab Ægyptiis mutuam ſumſiſſe arguatur ex DIODOR. SICUL. Biblioth. lib. I. ubi agit de Ægyptiorum legibus. Quod addit de vetuſtate urbis, verum quidem eſt, præ ceteris in hoc gloriari potuiſſe Athenienſes: ſed quod non advenæ fuerint mixtusque populus, verum eodem innati ſolo, quod incolebant, uti ait JUSTINUS lib. II. equidem adduci non poſſum, ut credam; STRABO certe, cujus auctoritas plurimum valet, lib. VII. p. 321. non ſine fundamento

damento: σχεδόν δέ τι καὶ ἡ σύμπασα Ἑλλὰς κατοικία Βαρβάρων ὑπῆρξε τὸ παλαιὸν, ἀπ' αὐτῶν λογιζομένοις τῶν μνημονευομένων . . . . . τὴν μὲν γὰρ Ἀττικὴν οἱ μετὰ Εὐμόλπου Θρᾶκες ἔσχον, &c. Fabulæ nimirum tota res videtur debere initium, cum vocantur αὐτόχθονες, γηγενεῖς, &c. Scilicet numerabant inter reges ſuos Erichthonium, ſive, ut HOMERUS, Erechtheum, Amphictyonis ſucceſſorem, qui ex ſemine in terram profuſo, cum Minervam adire vellet Vulcanus, illa vero reluctaretur, natus & factus credebatur ab antiquitate. Ita intelligendus eſt PAUSANIAS Attic. c. 1. ſi ait, πατέρα δὲ Ἐριχθονίῳ λέγουσιν ἀνθρώπων μὲν οὐδένα εἶναι· γονέας δὲ Ἥφαιστον καὶ Γῆν. Inde manſit Athenienſibus nomen Indigenarum, Terrigenarum, quo tam ſæpe gloriantur poëtæ atque oratores Græci.

§. IV.

Crevit præcipue inſtitutis Solonis, Execeſtidæ filii, Salaminii, qui, abrogatis Draconis ſanctionibus ob nimiam aſperitatem pœnarumque magnitudinem, novas leges tulit easque in locum veterum ſuccedere voluit.

Obſervatio.

Vocabantur *Draconis*, qui fuit quadraginta ſeptem annis ante Solonem, leges θεσμοὶ,

θεσμοὶ, uti *Solonis* νόμοι, quoniam hoc prooemium fere earum: θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον, Sanctio perpetua Atticam incolentibus, rata in univerſum tempus, „vid. PORPHYR. de Abſtinen. l. IV. Loquitur de eo A. GELLIUS, l. XI. c. 18. „ Draco Athenienſis vir bonus, multaque eſſe prudentia exiſtimatus eſt, juriſque divini & humani peritus fuit. Is Draco leges, quibus Athenienſes uterentur, primus omnium tulit. In illis legibus furem, cujusmodicunque furti, ſupplicio capitis puniendum eſſe, & alia pleraque nimis ſevere cenſuit ſanxitque. Ejus igitur leges, quoniam videbantur impendio acerbiores, non decreto juſſoque, ſed tacito illiteratoque Athenienſium conſenſu, obliteratæ ſunt. Poſtea legibus aliis mitioribus, à Solone compoſitis, uſi ſunt. Lepide hinc DEMADES, Ejus leges ſanguine, non atramento ſcriptas fuiſſe, dixit. HERODICUS Draconem eum appellavit, quod leges ejus non hominis eſſent, ſed draconis, quia aſperæ, ARIST. Rhet. l. II. c. 23. Quod attinet Solonis factum, accidiſſe illud Olympiade XLVI. conſentiunt Auctores omnes, quanquam non in ejus anno. ÆLIANUS de eo Var. Hiſt. lib. VIII. cap. 10. Σόλωνα αἱρετὸν Ἀθηναῖοι προείλοντο ἄρχειν αὐτοῖς, οὐ γὰρ κληρωτὸν τοῦτον. Ἐπεὶ δὲ ᾑρέθη, τά τε ἄλλα ἐκόσμησε τὴν πόλιν, καὶ δὴ καὶ τοὺς νόμους, τοὺς νῦν ἔτι φυλαττομένους, συνέγραψεν

ψεν αὐτοῖς. Καὶ τότε ἐπαύσαντο Ἀθηναῖοι χρώμενοι τοῖς Δράκοντος· ἐκαλοῦντο δὲ ἐκεῖνοι Θεσμοί. Μόνες δὲ ἐφύλαξαν τοὺς φονικοὺς αὐτοῦ. „Solonem Athenienſes ad gerendum ſibi magiſtratum elegerunt, ſuffragiis, non ſorte captum. Poſtquam autem electus eſt, cum aliis rebus ornavit civitatem, tum etiam leges, quæ usque in hodiernum diem obſervantur, eis conſcripſit. Et tunc deſierunt Athenienſes uti Draconis legibus, dicebantur autem illæ Theſmi. Solas vero ejus, quæ de homicidio latæ erant, retinuerunt.„

§. V.

Habuit tres portus, Munychiam, Phalerum, Piræeum, qui ultimus magnitudine ac commoditate primus fuit. Diſtabat ab urbe intervallo ſtadiorum quadraginta, ſive quinque millium paſſuum, ab utraque parte muro poſtea urbi jungebatur, Cimone fundamenta jaciente, Pericle vero opera Callicratis architecti perficiente: fecit denique Themiſtocles, conſiderata portus opportunitate, ut ipſe etiam muro cingeretur. CORNEL. NEPOS in eo: „Cum Phalereo portu neque magno, neque bono uterentur Athenienſes, hujus conſilio triplex Piræei

portus conſtitutus eſt, isque mœnibus circumdatus, ut ipſam urbem dignitate æquipararet, utilitate ſuperaret.„ Munychia collis erat, peninſulæ forma, quem occupavit Munychus, fanumque ibi Dianæ conſecravit. munivit autem Thraſybulus eodem teſte. Phalerum fuit antiquiſſimum Athenarum navale, cujus multa paſſim apud Auctores mentio. abfuit ab urbe ſtadiis viginti ſecundum PAUSAN. triginta quinque ſecundum THUCYDID. lib. II. p. 93. ſect. ιγ'.

Obſervatio.

Vocantur hi muri apud Auctores, τὰ μακρὰ τείχη, τὰ σκέλη, crura, brachia, quoniam ab utraque portus parte urbi jungebantur. De Munychia ſunt verba STRABONIS l. IX. p. 395. Λόφος δ' ἐςὶν ἡ Μενυχία χεῤῥονησίζων, καὶ κοῖλος, καὶ ὑπόνομος πολὺ μέρος, φύσει τε καὶ ἐπίτηδες, ὡς οἰκήσεις δέχεσθαι, ςομίῳ δὲ μικρῷ τὴν εἴσοδον ἔχων· ὑποπίπτουσι δ' αὐτῷ λιμένες τρεῖς, &c.

§. VI.

Habuit & arcem, Aſtu nomine celebratam, vel Acropoleos, in qua Mi-

Minervæ templum aliaque ſingularis artificii monumenta.

Obſervatio.

Ne mireris, à me arcem Athenienſium Ἄϛυ vocari, cum alias ipſum urbis nomen ſit, ut ſi diſtinguant totum Athenarum complexum in *Acropolin*, *Aſtu* & *Piræeum portum*: & TER. in Eunuch. Act. 5. Sc. 5. ſi dicat,

„Hem, quid? amat? an ſcit jam ille, quid
meretrix ſiet?
An in Aſtu venit?„

Donato ſuffragante, nihil aliud intelligit, quam urbem ipſam. Adducor videl. verbis STRAB. p. 396. ita ille: Τὸ δ' Ἄϛυ αὐτὸ, πέτρα ἐϛὶν ἐν πεδίῳ περιοικουμένη κύκλῳ· ἐπὶ δὲ τῇ πέτρᾳ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ὅ, τε ἀρχαῖος νεὼς ὁ τῆς Πολιάδος, ἐν ᾧ ὁ ἄσβεστος λύχνος, καὶ ὁ Παρθενὼν, ὃν ἐποίησεν Ἴκτινος, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Φειδίου ἔργον ἐλεφάντινον, ἡ Ἀθηνᾶ. Jam ſi conferatur PAUSAN. Att. c. 26. profecto quod STRABONI Aſtu dicitur, erit PAUSANIÆ Acropolis. Τὸ δὲ ἁγιώτατον ἐν κοινῷ πολλοῖς πρότερον νομισθὲν ἔτεσιν ἢ συνῆλθον ἀπὸ τῶν δήμων, ἐϛιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐν τῇ νῦν ἀκροπόλει, τότε δὲ ὀνομαζομένῃ πόλει „Omnium vero ſanctiſſimum Minervæ ſignum illud eſt, quod multis ante annis de communi omnium oppidulorum conſilio, quum in unam urbem

omnes coirent, dedicatum eſt eo in loco, qui nunc Acropolis (*arx*,) tunc vero Polis, (*urbs*) nominabatur.,, Loquitur quidem hic, uti videtur, de alio Minervæ ſimulacro, quam STRABO, ſed tamen eadem in arce conſtituto, cum ſtatim etiam in verbis ſeqq. meminit Lucernæ Callimachi ſemper ardentis. Colligo hinc arcem Athenarum primo *Polin* & *Aſtu* vocatam, poſtea mutatum nomen in *Acropolin*, ita tamen; ut urbi arcem circumcingenti vetus *arcis* appellatio daretur, & poſteris temporibus ſoli maneret. Ad STRABONIS inſignem locum illud adhuc obſervari meretur, illum inſervire inprim. explicationi verborum CICERONIS, ſi in Paradoxorum proœmio dicat in laudem ſui operis: „Non eſt tale, ut in *arce* poni poſſit, quaſi illa Minerva Phidiæ: ſed tantum, ut ex eadem officina exiſſe videatur.,, Intelligit nempe arcem Athenarum, in cujus Parthenone, Ictini opere, poſuit ſuam Minervam Phidias omnium oculis uſurpandam. Fuit & alia diviſio amplæ hujus urbis, qua pars una, in qua arx, ἡ ἄνω πόλις, altera vero, in qua Piræeus, ἡ κάτω dicebatur, conf. PLUT. in vita *Phocionis*, alii.

§. VII.

Atticæ jungimus regionem MEGARENSIUM, quoniam olim Atticæ videtur pars fuiſſe, uti STRABO ait

ait l. IX. p. 395. ante quam ſc. Pandion rex duobus filiis, Ægeo & Niſo, illi Atticam, huic Megaricum agrum conceſſiſſet, quanquam poſtea belli Peloponneſiaci temporibus ab Attica penitus divulſi Megarenſes, lingua ſimul mutata & moribus, Dorienſes ſunt facti, uti tradit PAUSAN. Att. c. 39. Urbs Megara, ubi Schola Philoſophorum Megarenſium dicta, quæ recepit Euclidem Megarenſ. Socraticum, Theognidemque poëtam. Navale Niſæa: à qua naviganti verſus Atticam occurrit inſula Salamis, Xerxis clade nobilitata. illam bello Athenienſibus detraxerunt Megarenſes, ſed Solon magno cum periculo ſuis recuperavit.

Obſervatio.

Scil. Athenienſes gravi & diuturno bello de Salamine cum Megarenſibus jam defatigati, lege ſanxerunt, ne quis unquam de recuperanda inſula verba facere auderet. Hujus ignominiæ impatiens Solon tale quid fecit, quod PAUS. Att. c. 40. refert. ὁμολογοῦσι δὲ Ἀθηναῖοι χρόνον τινὰ Μεγαρεῦσιν ἀποστῆναι τῆς νήσου. Σόλωνα δέ φασιν ὕστερον ἐλεγεῖα ποιήσαντα, προτρέψαι σφᾶς, καταστῆναι δὲ ἐπὶ τέλοις ἀμφισβήτη-

σιν Ἀθηναίοις, κρατήσαντας δ' πολέμῳ Σαλαμῖνα αὖθις ἔχειν, „Neque Athenienſes inficiantur, defeciſſe aliquando à ſe ad Megarenſes Salaminem: Solonis vero elegis excitatos, de inſula prius diſceptaſſe, deinde eam ſe bello recepiſſe; Exſtat tota hujus rei hiſtoria & verſus ap. DIOG. LAERT. in vita Solonis prope ab initio.

§. VIII.

SequiturBOEOTIA; Ἀθηναίοις enim, inquit PAUS. Bœot. c. 1. ἡ Βοιωτία καὶ κατὰ ἄλλα τῆς Ἀττικῆς ἐστιν ὅμορος. Habuit principio ſuos reges, ex quibus notandi primus Ogygus, poſtea Cadmus ex Phœnicia, it. Lajus Oedipi pater, & ultimus Xanthus, quo defuncto placuit in poſterum non uni, ſed pluribus Reipubl. ſummam committere.

Obſervatio.

Nominis Bœotorum origo à variis varie traditur. plurimi tamen à *bove* eos dictos volunt, *ὡς ἐκ ὄντας ταῖς διανοίαις ἄγαν εὐκινήτους*, ob ingenii tarditatem, STEPH. BYZ. quam craſſo tribuebant Bœotorum aëri, velut HORAT. Epiſt. l. II. ep. 1.

„Bœotum in craſſo jurares aëre natum.„

&

& TULLIUS in lib. de fato: „ Athenis tenue cœlum, ex quo etiam acutiores putantur Attici: craſſum Thebis; itaque pingues Thebani & valentes. „ Ogygus, *ἀφ' οὗ τοῖς πολλοῖς τῶν ποιητῶν ἐπίκλησις ἐς τὰς Θήβας ἐστὶν Ὠγύγιαι*, „ ab eo nempe poëtarum complures Thebas Ogygias cognomine adpellant, „ PAUS. Bœot. c. 5. Cadmus ex Phœnicia cum exercitu veniens Hyantas & Aonas, veteres Bœotiæ populos, prælio fudiſſe dicitur, urbemque de ſuo nomine Cadmeam appellaſſe, quod nomen, aucta poſt urbe, arci manſit, ib. Lajus, Labdaci fil. ob matrem filiumque inprimis memorabilis. Duxit nimirum Jocaſtam uxorem, ex qua ſuſcipiens filium, quoniam monebatur ante ab Oraculo, à filio, ſi quis ei ex Jocaſta naſceretur, ſibi pereundum eſſe, Oedipum, (ita namque nomen ejus,) exponi curavit. Oedipus vero quum adoleviſſet, & patrem occidit, & matrem ipſam uxorem duxit, ib. Diximus aliqua etiam ad HERODIANI *Antonin. Caracall.* Xanthus Ptolemæi fil. ab Andropompo in ſingulari certamine dolo, non virtute victus interiit. addit hic cit. PAUS. pag. 723. *Τὸ δὲ ἐντεῦθεν διὰ πλειόνων πολιτεύεσθαι, μηδὲ ἀπ' ἀνδρὸς ἑνὸς ἠρτῆσθαι τὰ πάντα, ἄμεινον ἐφαίνετο τοῖς Θηβαίοις*, „Placuit in poſterum Thebanis non uni amplius, ſed pluribus Reip. ſummam committere,„

§. IX.

Nobiliſſimæ eorum urbes ſunt *Thebæ*, Epaminondæ & Pelopidæ, celeberrimorum ducum natalibus claræ, ut & Pindari poëtæ. Platææ, ubi Mardonium, & trecenta Perſarum millia Græcus exercitus occidione delevit. Chæronæa, ubi Philippus Alexandri M. pater, Anno tertio Olympiadis CX. magno prælio victor & dominus Græciæ eſt factus. Leuctra denique, ubi Lacedæmonios ingenti clade affecit Epaminondas, iisque principatum, quem jam velut ſingulare bonum per multos annos poſſidebant, eripuit, jugoque ſervitutis univerſam Græciam ſubduxit.

Obſervatio.

Hæc leguntur ap. PAUSAN. in Bœot. STRAB. l. IX. p. 403, 411, 413, 414. Pelopidæ & Epaminondæ vitam conſcripſit CORNEL. NEPOS, uti pueris notum. multus eſt in laudibus utriusque, ac de Epaminonda quidem hæc in fine præclara: „Hujus de virtutibus vitaque ſatis erit dictum, ſi hoc unum adjunxero, quod nemo eat inficias: Thebas & ante Epaminondam, & poſt ejusdem interitum perpe-

perpetuo alieno paruiſſe imperio: contra eas, quamdiu ille præfuerit Reip. caput fuiſſe totius Græciæ: ex quo intelligi poteſt, unum hominem pluris, quam civitatem fuiſſe.„ Ultima ejus pugna facta eſt apud Mantineam, Arcadiæ oppidum, in qua Victor occubuit, milite Athenienſi *Gryllo* Xenophontis fil. ſparo eminus percutiente, PAUS. c. 14.

§. X.

Poſt Bœotiam PHOCIS eſt, illuſtris regio, & variis memoranda nominibus. Incolæ pugnaces & bellicoſi. hinc præter id, quod ſua ad bellum Trojanum auxilia miſere, commemorandum bellum, quod geſſerunt cum Theſſalis, unde, quoniam ne extremorum quidem dolorum atque cruciatuum rationem ullam habere conſtituerunt, abiit in proverbium *Phocica deſperatio.* Loca, quæ maximam celebritatem etiam in remotiſſimis regionibus ſibi pepererant, nominantur hæc. Delphi ad montem Parnaſſum, ubi templum atque oraculum Apollinis Pythii, Amphictyonum concilium, & certamen Pythium. Fuit illud oraculum non à Græcis ſolum, ſed exte-

ris etiam nationibus ſumma religione cultum, variis auctum atque ornatum donariis ita, ut ad ſtupendas opes perveniret, quas ubi Phocenſes diripuerant, ortum eſt bellum Phocicum, vel Sacrum, cui tandem Philippus, Amyntæ filius, cum pleno prope Phocenſium interitu finem impoſuit. Elatea urbium Phocidis maxima, præſidiumque contra Theſſalos, & Anticyra ellebori ferax, qua herba ut ſanitatis cauſa uti poſſent, multi ad hunc locum proficiſcebantur.

Obſervatio.

Dicitur *Phocis* à Phoco Æaci filio, qui coloniam ex Æginetis illuc deduxit, PAUS. Phocicorum c. 1. Grave geſſerunt bellum cum Theſſalis, quos duobus præliis vicerunt. In primo, quoniam Theſſalos equitatu maxime valere ſentiebant, ea in parte, qua equitatus irruptionem facere tentabat, urnas fictiles defodiebant, iisque terra ſuperaggeſta opertis impetum hoſtilem ſuſtinebant. Hoſtes enim inſidias illas minime providentes, cum incauti in eas urnas incidiſſent, fracti hoc caſu & debilitati paſſim cædebantur. Poſtea, ut ignominiam hanc ulciſcerentur, collectis omnibus ſuis copiis & viribus Theſſali denuo Phocenſibus perniciem minabantur.

Hi

Hi igitur multitudine hoſtium perterriti, ad tantam adacti ſunt deſperationem omnium rerum, ut; coactis unum in locum conjugibus, liberis, fortunis denique omnibus, quas agere quisque aut ferre poſſet, veſte, auro, argento, deorumque ſignis, aut vincere hoſtem, aut perire cum omnibus ſtatuerent. *Ἀντὶ τούτου*, addit PAUSAN. capite cit. *μὲν ἅπαντα τὰ ἀνάλγητα βουλεύματα, ἀπόνοια ὑπὸ Ἑλλήνων ὀνομάζεται Φωκικὴ*, conf. STEPH. BYZ. Delphi ad Parnaſſum, *ὅς ἱεροπρεπὴς πᾶς*, uti ait STRAB. l. IX. p. 417. quemadmodum diximus, templo Apollinis Pythii & oraculo celebrantur, ipſi in medio ſiti totius Græciæ, immo *ἐν μέσῳ γῆς πάσης*, unde terræ umbilicum dixerunt, conf. LIV. XXXVIII. c. 48. quæ loci opportunitas maxime faciebat ad ejus incrementum & opes amplificandas. *Φασὶ δ᾽ εἶναι τὸ μαντεῖον ἄντρον κοῖλον κατὰ βάθους, οὐ μάλα εὐρύστομον· ἀναφέρεσθαι δ᾽ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα ἐνθουσιαστικόν· ὑπέρκεισθαι δ᾽ τοῦ στομίου τρίποδα ὑψηλόν, ἐφ᾽ ὃν τὴν Πυθίαν ἀναβαίνουσαν, δεχομένην τὸ πνεῦμα, ἀποθεσπίζειν ἔμμετρά τε καὶ ἄμετρα, ἐντείνειν δὲ καὶ ταῦτα εἰς μέτρον ποιητάς τινας ὑπουργοῦντας τῷ ἱερῷ*, „Oraculum ipſum ajunt eſſe cavam profunde ſpecum, aditu non admodum lato: ex ea ſpiritum efferri furoris divini efficacem: ſupra orificium tripodem ſitum ſublimem, quo conſcenſo, Pythia ubi ſpiritum exceperit, carmine ſolutaque oratione ſortes ab ea pro-

pronunciari: porro poëtas eſſe quosdam fani adminiſtros, qui proſa oratione edita in verſus numerosque redigant. Ita STRABO pag. 419. quo modó ſit inventum, refert PAUSAN. c. 5. Scil. paſtores cum gregibus prope ad illum locum, ubi oraculum, accedentes ſtatim ἔνθεοί τε ἐγένοντο ὑπὸ τῦ ἀτμῦ, καὶ ἐμαντεύσαντο ἐξ Ἀπόλλωνος. Inde Agamemnonem reſponſum tuliſſe tradit HOMERUS Odyſſ. θ. 75. Amphictyonum concilium ibi inſtitutum, quoniam facile eo è vicinia Græci confluxerant, περί τε τῶν κοινῶν βυλευσόμενον, καὶ τῦ ἱερῦ τὴν ἐπιμέλειαν ἔξον κοινοτέραν· ἅτε καὶ χρημάτων ἀποκειμένων πολλῶν, καὶ ἀναθημάτων, φυλακῆς καὶ ἁγιστείας δεομένυ μεγάλης, id. GEOGR. p. 420. Certamen Pythium ſeptimo ſtatim die ab occiſo Pythone peragebat Apollo, ſeptimo quoque anno peragi volebat, ſed poſtea mutata ſententia in honorem Nympharum Parnaſſiarum ſive Muſarum fieri juſſit hos ludos ἐννεαετηρικὺς, *nono, quoq; anno.* Antiquiſſimum autem certamen fuiſſe, tradit PAUS. c. 7. καὶ ἐφ᾽ ὧ πρῶτον ἆθλα ἔθεσαν, ᾆσαι ὕμνον ἐς τὸν θεὸν, & primum quidem omnium, pſallentem viciſſe Chryſothemin è Creta, &c. Collapſa vero eſt ſequentibus temporibus hæc ſolemnitas aliquoties, & reſtituta iterum: ultimo Amphictyones, duce Eurylocho Theſſalo, Cirrhæos Parnaſſi accolas, qui advenas oraculo donaria offerentes deprædari ſolebant, debellarunt, everſaque Cirrha tutas oracu-

lum

lum petentibus vias fecerunt Anno tertio Olympiadis XLVIII. ἱππικὸν καὶ γυμνικὸν διατάττοντες στεφανίτην· προστιθέντες δὲ τοῖς κιθαρῳδοῖς αὐλητάς τε καὶ κιθαριστὰς χωρὶς ᾠδῆς, ἀποδώσοντάς τι μέλος, ὃ καλεῖται νόμος πυθικὸς, &c. STRABO p. 421. Plura ſi vis tum de ludis hisce, tum de Amphictyonum conſeſſu, lege accuratam diſſert. ERASMI SCHMIDII, quam præmiſit PINDARI Πυθίοις. Ceterum, quoniam hoc templum longe fuit opulentiſſimum, multi cupiditate ſtimulabantur depoſitarum ibi opum, quæ tandem & Phocenſes cepit, cum neſcio qua de cauſa graviſſima ab Amphictyonibus mulcta illis fuiſſet irrogata, ſeque ſolvendo non eſſe bene proſpexiſſent. Aggrediebantur itaque tale facinus ſumma cum audacia Anno quarto Olymp. CV. auctore & ſuaſore *Philomelo* nulli inter Phocenſes ſecundo, direptaque pecunia, milites conducebant quam plurimos ex omnibus Græciæ partibus, contranitentibus inprimis Thebanis, quibuscum vetus illis intercedebat inimicitia. Bellatum eſt δέκα ἔτη συνεχῶς, quo tempore præterlapſo ἐπέθηκεν ὁ Φίλιππος πέρας τῷ πολέμῳ Φωκικῷ τε καὶ ἱερῷ κληθέντι, multis Phocenſium urbibus expugnatis, plerisque etiam ſolo æquatis, PAUSAN. c. 2. 3. STRABO pag. 420. qui idem pag. 418. de Elatea: hanc urbem inprimis nobilitari, ὅτι πασῶν μεγίστη τῶν ἐνταῦθα πόλεων, καὶ ἐπικαιροτάτη διὰ τὸ ἐπικεῖ-

σθαι

σθαι τοῖς στενοῖς, καὶ τὸν ἔχοντα ταύτην, ἔχειν τὰς εἰσβολὰς τὰς εἰς τὴν Φωκίδα καὶ τὴν Βοιωτίαν. Ἐλλέβορον πίνειν, Ἐλλεβόρου δεῖσθαι, Ἐλλεβορᾷν καὶ Ἐλλεβορίζειν nota ſunt proverbia in eos, qui inſanire videbantur, de quibus vid. ERASM. Chil. 1. Centur. 8. adag. 51. PAUSANIAS c. 36. In montibus, qui Anticyræ imminent, φύεται μάλιστα ὁ Ἐλλέβορος· ὁ μὲν αὐτοῦ μέλας διαχωρεῖται ἀνθρώποις, καὶ ἔστι γαστρὶ καθάρσιον· ὁ δὲ ἕτερος λευκὸς, καὶ δι' ἐμέτου καθαίρειν πέφυκε. τὸ δὲ φάρμακον τὸ ἐς τὴν κάθαρσιν, ἡ τοῦ Ἐλλεβόρου ῥίζα ἐστὶν, „ Et nigrum quidem in uſum hominum venit; alvum enim purgat; candidum, (quæ eſt ejus altera forma,) ſtomachi moleſtias per vomitum levat. Et hæc utique ad purgandum corpus oppoſita medela, ex ellebori radice evenit. „ Hactenus de Phocide: nunc ad Locridem.

§. XI.

LOCRIS in duas diſtinguitur partes, unam, quam Locri habent Euboeæ oppoſiti, alteram occiduam, qui Locri inde Heſperii dicti, alias Ozolæ. Illi duobus iterum diverſis nominibus cogniti. Opuntii enim dicebantur alii ab Opunte, urbe principe, cujus ἐπίνειον Cynus, promontorio ſinum

num Opuntium terminans : alii Epicnemidii , Cnemidis nimirum montis accolæ. Opûs , uti diximus , primaria urbs eſt , ubi natum Patroclum tradit HOMERUS , & ubi regnavit Ajax Locrus. Cnemides oppidum natura munitum , à quo viginti ſtadiis portus diſtat , ſuper quo totidem ſtadiis Thronium in mediterraneis locorum Epicnemidiorum : præterfluit hanc urbem fluvius Boagrius , modo tam anguſtus , ut ſiccis tranſiri pedibus queat , modo tam latus , ut duorum jugerum ſpatium occupet. deinceps ſunt Nicæa & Thermopylæ ; anguſtiæ ſcil. illæ , quas Oeta mons facit , cum illo loco excelſiſſimus exiſtit , acutisque & præruptis usque ad mare exporrectus ſcopulis exiguum tranſeundi ſpatium relinquit iis , qui ab ora maritima è Theſſalia Locros petunt.

Obſervatio.

Sequor hic inprimis STRABONEM. l. IX. p. 425. ſeqq. qui in hac materia omnium optimus eſt viſus. Quod ad Ozolas , de quibus adhuc in ſequentibus , varias hujus nominis afferunt etymologias , quas , ſi libue-

buerit, leges in PAUSANIÆ Phocic. c. 39. Probabiliſſima, quam etiam STRABO citat. p. 427. hæc eſt: Sub radicem collis Taphoſſi fœtidam fluere & grumoſam aquam de cadaveribus putrefactis Neſſi reliquorumque Centaurorum ibi ſepultorum; ab hoc graviter olente vapore gentem Ozolas dictam. Opuntii ab Opunte, ad cujus ulteriorem illuſtrationem pertinent, quæ ſcribit EUSTATHIUS ad Homeri Il. β. v. 532. Ἡ δὲ Κῦνος ἄκρα τις τερματίζουσα τὸν Ὀπούντιον κόλπον. Ἐπίνειον Ὀπόεντος πόλεως Λοκρῶν Ἐπικνημιδίων τῶν πέραν Εὐβοίας κατὰ τὸν ποιητήν. Ἀφ᾽ ἧς ἦν καὶ ὁ τοῦ Ἀχιλλέως συγγενής τε, καὶ ἑταῖρος, Πάτροκλος, κληθείσης οὕτως ἀπὸ Ὀπόεντος ἄρξαντος ἐν αὐτῇ. Ἐθνικὸν τοῦ Ὀποείσιος, ὡς Σιμόεις, Σιμοείσιος. Ὥσπερ δὲ Πλακόεις, καὶ ἐν συναιρέσει Πλακοῦς, καὶ Σιμόεις, Σιμοῦς, οὕτω καὶ Ὀπόεις, Ὀποῦς καὶ κλίνεται Ὀποῦντος, καὶ τὸ ἐθνικὸν αὐτοῦ Ὀπούντιος, „Cynos vero eſt promontorium quoddam terminans Opuntium ſinum; navale Opoëntis, urbis Locrorum Epicnemidiorum ultra Eubœam ſecundum poëtam; à qua erat Patroclus cognatus & ſocius Achillis, ſic vocata ab Opoënte, qui in ea imperavit; gentile τοῦ Opoïs Opoïſius, ut Simoïs Simoïſius. Quemadmodum vero Placoïs, & per ſynæreſin Placûs, & Simoïs Simûs, ſic etiam Opoïs, Opûs, & declinatur Opûs Opuntis, & gentile ex eodem Opuntius. Ajax imperavit Opuntiis, quanquam Opunte natus non fuit, ſed Narycii, urbe

urbe Locridis, uti tradit præter alios STEPH. BYZ. Νίκαια, cujus in §. memini, μὲν ἐπὶ θάλασσαν Λοκρῶν πρὸς ταῖς Θερμοπύλαις ἐςὶ φρέ-ριον ἐν]ὸς τῶν ςενῶν, STRABO pag. 428. ubi, quæ de Thermopylarum anguſtiis dicta ſunt, fuſius narrat, addens etiam, quod notum eſt, τὴν μὲν ἐν πάροδον, Πύλας καλεῖσθαι, καὶ ςενὰ, καὶ Θερμοπύλας; *iſtud*, quoniam inter celſiſſimos ab utraque parte vertices anguſta relinquitur via, per quam velut per portulas quasdam ex Theſſalia in Locridem Phocidemque tenditur: *hoc* vero, quod, ut ait HERODOT. lib. VII. cap. 176. ἔςι δὲ ἐν τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ θερμὰ λε]ρὰ, τὰ χύτρους καλέουσιν οἱ ἐπιχώριοι καὶ βωμὸς ἵδρυ]αι Ἡρακλέος ἐπ' αὐ]οῖσι, „In hoc autem ingreſſu ſunt calida lavacra, quæ ollas indigenæ vocant, & deſuper ara Herculi exſtructa.„ Hic occubuit Perſarum manu, quorum ingentes copias diu ſuſtinuit, cum ſuis fortiſſimus Spartanorum Leonidas, v. ſupr. c. I. obſerv. ad §. XXIII.

§. XII.

Locrorum Ozolarum præcipuæ urbes fuerunt Amphiſſa & Naupactus, illa in bello ſacro ab Amphictyonibus everſa, hæc Locris erepta, ac Meſſeniis ex Peloponneſo profugis ab Athenienſibus conceſſa. non procul abhinc

collis Taphoſſus, de quo dictum eſt in antecedentibus.

Obſervatio.

STRABO pag. 427. PAUSAN. Meſſenic. c. 24. uterque Naupactum dici contendunt ἀπὸ τῆς ναυπηγίας τῆς ἐκεῖ γενομένης· εἴτε τῶν Ἡρακλειδῶν ἐκεῖ ναυπηγησαμένων τὸν στόλον, εἴθ', ὥς φησιν Ἔφορος, Λοκρῶν ἔτι πρότερον παρασκευασάντων, „ à navibus ibi compactis: ſive ibi claſſem Heraclidæ ſunt fabricati, ſive iis priores Locri, quod Ephorus putat. „ reliqua vid. ſupr. c. I. §. XVI.

§. XIII.

Locris his occiduis finitimi ÆTOLI, & inter utramque gentem interjecti DORIENSES. Hi regionem à quatuor urbibus, quas ſupra recenſuimus c. I. §. XX. Tetrapolin dictam incoluerunt, & poſtea conjunctis ſuis cum Heraclidarum viribus Peloponneſum intrarunt.

Obſervatio.

STRABO loco cit. ad quem conf. obſerv. c. I. §. XX. Amicitia inter eos & Heraclidas coaluit hac ratione. Æpalius, ſive, ut alii, Ægimius Dorienſium rex fuerat à Lapithis

&

& Dryopibus bello petitus, & ſuis ſedibus ejectus. hunc in integrum reſtituit Hercules: quo beneficio ut dignas ei perſolverent grates, Hyllum, filiorum ejus natu maximum, adoptarunt, & cum ſuis poſteris in Peloponneſum redierunt.

§. XIV.

Hæc de GRÆCIA LIBERA. reliquæ finitimæ regiones, *Epirus*, *Macedonia*, *Theſſalia* ad illam non referuntur: illæ, quoniam regii ſemper juris erant, nec libertatis unquam participes, hæc, quia citius in Macedonum tranſit poteſtatem, confuſosque habuit cum Macedonia limites. Dividitur vero Theſſalia à STRABONE, lib. IX. p. 430. in quatuor partes, ut prima dicatur *Phthiotis*, altera *Eſtiæotis*, tertia *Teſſaliotis*, & quarta *Pelasgiotis*, cui diviſioni, neque ipſo invito Strabone, addimus Μαγνητικὴν παραλίαν, cujus urbs præcipua ejusdem prope nominis Magneſia. HOMERUS eam in decem diſtribuit partes & dynaſtias: primam adſcribit Achilli. II Proteſilao. III Eumelio. IV Philoctetæ. V Filiis Aſclepii, Podalirii & Ma-

chaonis. VI Eurypylo. VII Polypœtæ. VIII Gouneo. IX Piranthoo. X quæ fuit Dolopum, Phœnici.

Obſervatio.

Theſſalia à Theſſalo Æmonis filio, unde & Æmonia dicta, antea vero Pyrrhæa ab uxore Deucalionis, qui hic regnaſſe dicitur, conf. STRABO lib. IX. p. 443. habet undique præaltos montes, quibus cingitur; hos cohæſiſſe antiquitus tradunt, ita ut in medio ſita planicies lacus eſſet: ſed terræ motu factum, ut Peneus, amnis, abrupta ab Olympo Oſſa, per hiatum illum viam in mare ſibi ſterneret, ſiccamque præſtaret regionem & habitabilem, eod. libr. p. 430. Amœniſſimus hic locus eſt omnibusque deliciis abundans, quem Tempe, Τέμπη τὰ Θετταλικὰ, vocant. Dividit illum multiplici lapſu & jucundo dictus Peneus amnis, & elegantiſſime plurimisque verbis deſcribit ÆLIANUS V. H. lib. III. c. 1. In Phthiotide memoratur inprimis Pharſalus urbs ad Enipeum fluvium, ubi, fortuna decernente qui imperaret Romanis, Cæſar Pompejanorum opes plane perdidit: qua de re deteſtatur Poëta *Theſſaliam* tam miſerandæ cladi dirisque fatis damnatam:

„Theſſalica infelix quo tanto crimine tellus
Læſiſti Superos, ut te tot mortibus unam,

Tot

Tot ſcelerum fatis premerent? quod ſufficit ævum,
Immemor ut donet belli tibi damna vetuſtas?
Quæ ſeges infecta ſurget non decolor herba?
Quo non Romanos violabis vomere manes?,,

GRÆCIÆ SACRÆ

PARS I.

CAPUT I.

DE CULTU DEORUM IN GENERE.

§. I.

Ritus & conſuetudines veterum omnes ſi perſpicue, modo quodam, qui minus difficultatis, plus vero commodi adfert diſcentibus, capere velis, in certum eas digerere ordinem, certas conſtitue-

ſtituere claſſes neceſſum eſt. Optime hoc videtur fieri, ubi ſecutus ipſam rei naturam, primam partem juſſeris eſſe *res ſacras*, ſeu quæ ad cultum Dei pertinent: alteram *res politicas*, ſive quæ Rei publicæ adminiſtrandæ & conſervandæ inſerviunt, ita tamen, ut hæc iterum, pertractata principali ejus materia de Imperantibus & Subditis, qui conſtituunt Rempubl. ſingulari ratione conſideretur, vel *uti ſe tueatur ac defendat adverſus exteros*, vel *ut ſtatum ſuum conſervare non ſolum, ſed ornare etiam ſtudeat inſtitutione peculiari & privata Civium*. Habebis itaque quatuor partes, in quibus exerceri meditatio tua poterit, primum RES SACRAS, deinde POLITICAS, poſt MILITARES, & quarto denique DOMESTICAS.

Obſervatio.

Quemadmodum Ordo memoriæ lumen accendit haud vulgare, ac profecto in omnibus rebus ȣδέν ἐςιν ȣ̈τως ȣ̈τε εὔχρηςον, ȣ̈τε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις: ita in hac inſtituta à nobis tractatione quam maxime neceſſarius judicatur & utilis; quoniam ſic efficimur idonei ad percipiendum, diſtincteque de iis ju-

judicandum, quæcunque nobis fiunt obvia, ſive in veterum Auctorum ſcriptis, ſive in recentiorum commentationibus materiam, quæ nobis hic propoſita eſt, concernentibus, cum videmus ultro, ad quamnam quodque partem referri debeat, & ex quo antiquitatum fonte ſit derivandum. Diſtinctio facilis eſt, ac inſtituto par. Hanc adhibuit in Libris Antiquitatum Græcarum Gentilium JO. PHILIPPUS PFEIFFERUS, Profeſſ. olim in Academia Regiomontana, de quo vide JO. ALB. FABRICIUM in Bibliographia Antiquaria, p. 33. itemque BURC. GOTTH. STRUVIUS in Syntagmate Antiquitatum Romanarum.

§. II.

Poteſt vero inſtitutum hoc peragi *Philoſophice*, ita ut inveſtigetur, unde, ex quibus cauſis, opinionibus, ſuadentibus & impellentibus, nati ſint ritus, qui apud veteres inveniuntur: vel *Hiſtorice* ſaltem, ut ex monumentis veterum Auctorum eruantur, & quo modo ab iis ſint perſcripti, cum fide tradantur. Nos Hiſtoriam dabimus, & quidem primæ partis, quæ *Res Sacras* complectitur, reliquis in aliud tempus reſervatis, non quod pror-

prorſus abhorremus à philoſophico ſcribendi genere, ſed quoniam philoſophia his in rebus hiſtoriam ſequitur, & , quicquid illa poteſt, poteſt argumentis in hiſtoria fundatis.

Obſervatio.

GERH. JO. VOSSIUS, Vir omni laude ſuperior, in ſuis libris de Idololatria Gentilium philoſophice rem totam ita perſecutus eſt, ut aliorum opera non indigeamus. vide cit. JO. ALB. FABRICIUM de eo p. 232. 256. Quodſi intelligemus ex re Lectorum fore, ſi & *origo* & *ratio recepti cujusdam moris* tangatur, nec in hoc deerit labor noſter, quantum videlicet inſtitutum patietur.

§. III.

Hiſtoria vero peti poteſt vel ex fontibus *fabuloſis*, vel *veris*. ad illos inprimis referimus poëtas: ad hos conſtitutiones ac leges ſingularum civitatum. Miſſis illis, cum Civitatum Græcarum omnium nulla tam celebris ſit, & ingeniorum, quæ tulit, præſtantia, & inſtitutorum bonitate, quam Athenienſium, huic quam maxime adhærebimus, neque tamen alias, ubi

viſum fuerit, plane à noſtro diſcurſu excludemus.

Obſervatio.

Illos, quibus

„Quodlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas,„

hoc loco non movemus: Sed, ſi eorum utimur teſtimoniis, utimur tanquam in re probata & per ſe patente. Quoniam tamen leges atque conſtitutiones nonniſi auctoritate bonorum teſtium nobis innoteſcunt, iſtiusmodi proferam in medium, quorum fides ſpectata, & cognitio rerum domeſticarum non vulgaris eſt. Athenienſium Reip. de qua vide Hiſtor. cap. II. §. III. comparatur magnitudine & fama nominis Lacedæmoniorum civitas, cujus hinc ritibus moribusque recenſendis non ultimus in commentatione manebit locus.

§. IV.

Si ulla gens multum laboravit in colendo ac venerando Deo, profecto Græci laboraverunt. Primam paginam fecit hæc materia in eorum νόμοις, ut ex legibus XII. tabularum, quas ab ipſis mutuas Romani ſumſerunt,

runt, facile conſtat, ubi primam partem abſolvit Religio.

Obſervatio.

DIONYS. HALIC. Ant. Rom. lib. X. p. 681. obſervat, XII. Tabulas ἔκ τε τῶν ἑλληνικῶν νόμων, ϗ παρὰ τῶν σφισὶν αὐτοῖς ἀγράφων ἐθισμῶν, „ tum ex Græcorum legibus; tum ex ſuis moribus non ſcriptis eſſe compilatas.„ Neſcio vero, an prima Religionis ſtamina aliunde acceperint, an intuitu Univerſi hujus ad divinitatem aliquam concipiendam Naturæ præſidentem ipſi aſcenderint. Veriſimile eſt Ægyptiis, Phœnicibus, barbariſque aliis gentibus ſi non omnis rerum divinarum cognitionis, externi tamen cultus deberi initium atque originem. Quicquid enim ſub *Belo* Chaldæi, quicquid ſub *Molocho* Phœnices, &c. id Græci Romanique ſub *Saturno*, *Jove* & *Apolline* coluerunt. vide VOSS. de Idololatria, lib VII. c. 2. Quid autem adduxerit Legislatores, ut primo omnium agerent de colendis diis, fortaſſe docet LIVIUS, lib. I. c. 18. ubi de Numa Pompilio, „ Clauſo, inquit, Jano quum omnium circa finitimorum ſocietate ac fœderibus junxiſſet animos, poſitis externorum periculorum curis, ne luxuriarentur otio animi, quos metus hoſtium diſciplinaque militaris continuerat: Omnium primum rem ad multitudinem imperitam, & illis ſeculis rudem, efficaciſſimam,

mam, Deorúm metum injiciendum ratus eſt.,,

§. V.

Quando à diis facerent exordium, judicaverunt omnia proſpere ceſſura. Hinc mane, hinc veſpere, hinc apud menſam ante cibum captum, ſub auſpiciis laborum ſuorum & quorumcunque conatuum, auxilium deorum implorare, preces ad eos fundere quam frequentiſſimas.

Obſervatio.

Ut taceam HESIODUM, qui in *ἔργοις v.* 337. præcipit placandos deos,

> Ἦ μὲν ὅτ' εὐνάζῃ, καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ·
> Ὥς κέ τοι ἵλαον κραδίην καὶ θυμὸν ἔχωσιν.

> ,, Et quando cubitum ieris, & quando
> matutinum tempus venerit:
> Ut benevolum erga te cor atque animum
> habeant.,,

unum cito XENOPHONTEM, locupletem teſtem. Hic de rationibus redituum in fine, *σὺν θεῷ*, ait, *πραττομένων εἰκὸς καὶ τὰς πράξεις προϊέναι ἐπὶ τὸ λῷον καὶ ἄμεινον ἀεὶ τῇ πόλει.*

§. IV.

Has autem non quaſi aliud agendo,

do, cogitando, ſed cum tota mentis in rem præſentem converſione καδδύναμιν, ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, uti loco cit. HESIODUS.

Obſervatio.

Ita quoque præcepit PYTHAGORAS: προσκυνεῖν γὰρ μὴ ἐκ παρέργου τοὺς Θεοὺς, ἀλλ' οἴκοθεν ἐπὶ τοῦτο ὡρμημένους.

§. VII.

Teſtatum hoc fecerunt externi etiam geſtus, quos agebant, dum *vel* manum ori quaſi ad oſculum admovebant, *vel* ad imitationem Cœli perpetua vertigine circumacti in orbem ſe circumferebant, *vel* inter vota concipienda manus expandebant: nonnunquam & diſcalceati incedebant: nonnunquam vero cantu placare Deum aggrediebantur. Formulæ quidem ipſæ precandi huc fere redibant: UT SERVARENT, FAVERENT, FERRENT OPEM DII, MALAque DEPELLERENT.

Obſervatio.

Fuit ſcilicet Gentilibus in conſuetudine, ut

ut Symbola deorum ſuorum oſculis exciperent: cum vero locis quibusdam & hominibus ad ſimulacrum dei cujusdam propius accedere labiisque illud contingere non liceret, vel omnibus ii temporibus in amplexum venire mutuum nequirent, tum quisque admota ori dextra ſuæ venerationis & pietatis ſignum edere properabat. de qua materia lege elegantem diſſertationem, quam obſervationibus ſuis philologicis de verbo προσκυνεῖν admiſcet JO. HENRICUS SCHULZE, Altorſii 1730. Vis antiquum, LUCIANUS, adeſt, qui in libro περὶ ὀρχήσεως p. m. 105. de Indis ait, Solem orientem adorantibus, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς τὴν χεῖρα κύσαντες, ἡγούμεθα ἐντελῆ ἡμῖν εἶναι τὴν εὐχὴν, ut & in Philopatride de ſola manuum expanſione, ἡμεῖς δὲ, ait, τὸν ἐν Ἀθηναῖς ἄγνωστον (*Deum*) ἐφευρόντες καὶ προσκυνήσαντες, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐντείναντες, τούτῳ εὐχαριστήσαμεν. Quod ad corporis rotationem, ait de ea ERASMUS in Adag. Chil. 1. Cent. 1. in Adag. *Adorato circumactus*, προσκυνεῖν περιφερόμενος, quod inter Symbola Pythagoræ fuit. Nimirum antiquitas Cœlum Deum credidit, de quo videndus VOSSIUS loco cit. obſ. §. IV. De adoratione diſcalceatis pedibus facienda præceptum extat Pythagoræ apud JAMBLICHUM c. 23. cantus vero mentionem injicit HOMERUS Iliad. κ. v. 472.

§. VIII.

§. VIII.

Lacedæmonii ſicut omni in ſermone brevitati ſtudebant: ita & in precibus hoc ſolo abſolvebatur votum ipſorum, ut Dii PULCRA ſeu HONESTA CUM BONIS largirentur. hanc formulam vocabant εὐφημίαν.

Obſervatio.

PLUTARCHUS in Laconicis Inſtitutis: Εὐχὴ δ᾽ αὐτῶν, Διδόναι τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ πλέον οὐδέν. PLATO in Alcibiade II. Καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ἑκάστοτε παραπλησίαν εὐχὴν εὔχονται, Τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοὺς θεοὺς διδόναι κελεύοντας αὐ σφίσιν αὐτοῖς. πλεῖον ἢ οὐδεὶς ἂν ἐκείνων εὐξαμένων ἀκούσειεν, & quæ ſequuntur, ubi oſtendit hanc precationem ab ipſo Ammone εὐφημίαν appellatam, atque probatam, vid. cit. in hiſtoria noſtra MEURSIUM Miſcellan. Laconicorum lib. II. cap. 8.

§. IX.

In Juramentis, quæ ſingularem precum ſpeciem conſtituunt, utebantur formula, νὴ τὸν Δία, νὴ τοὺς Θεοὺς, paſſim apud Auctores obvia. hinc argumentum ſumit Auguſtinus Serm. XXVIII.

XXVIII. de verb. Apoſt. c. 5. Apoſtolum PAULUM vere juraſſe, ubi ep. I. ad Corinthios c. XV. 31. ſcribat, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, per veſtram gloriationem.

CAPUT II.

DE SACRIFICIORUM MATERIA.

§. I.

HActenus generaliter & in uno exemplo de veneratione Græcorum Diis exhibita. Quodſi autem propius accedimus, magnam cultus divini partem cerni experimur *in peragendis ſacrificiis*, ubi conſideranda tum materia, tum forma ſacrificiorum.

§. II.

Primis & antiquiſſimis temporibus homines placare Deos ſolebant ſacrificiis incruentis, hoſtiarumque loco vel folia, vel glandes, quibus ipſi

ipſi veſcebantur, Obſerv. §. XXXI. cap. I. Hiſt. vel fruges, poſtquam earum uſus invaluit, offerebant.

Obſervatio.

Legatur PORPHYRIUS lib. II. & IV. de Abſtinentia animalium, ubi inter alia Triptolemi Legislatorum apud Athenienſes vetuſtiſſimi leges affert: Τὰς ᾗ γονεῖς τιμᾶν. Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν. Ζῶα μὴ σίνεσθαι, „ Honorandos parentes; Venerandos deos frugibus; Carnibus non veſcendum. „

§. III.

Poſtea, ubi auctæ ſunt res veterum, cœptumque carnibus veſci; frugibus quidem non omnino neglectis, cruenta ſunt introducta ſacrificia, cædesque beſtiarum, nonnunquam & hominum.

Obſervatio.

Quoniam frugum uſus homini quam maxime eſt neceſſarius, harum oblationem Deo ingratam non futuram judicabant, inprimis cum fas ſit, uti ibid. ait cit. PORPHYR. τοῖς θεοῖς, ἀφ᾽ ὧν ἔδωκαν ἡμῖν ὠφελίμων εἰς τὸν βίον, ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι, „ primitias ferre diis ex iis rebus, quas impertirentur nobis utiles

les ad vitam. „ Ob eandem utilitatis in vita humana rationem potuit invaleſcere expiatio deorum per mactationem beſtiarum, cujus fundamentum tamen alibi quærendum eſt in populo Dei. Mactatio hominum non tam frequens erat, & adhibita vel in maximis periculis, vel in ſacris dei deæve peculiaribus, ut Saturni, ut Martis, &c.

§. IV.

Primo, opinor, mactatum fuiſſe agnum, ceu animal puriſſimum: deinde inter animalia ad ſacrificandum idonea judicata potiſſimum ſues, boves, arietes, capras, oves, aliaque generis ejusmodi: è volatilibus gallinas, anſeres. aliquando & piſces immolabantur.

Obſervatio.

FESTUS POMPEJUS: Agnus dicitur à Græco, ἁγνὸς, quod ſignificat caſtum, eo quod hoſtia PURA & immolationi apta. Judicat ita quoque laudatus VOSSIUS libro IX. c. 7. & quidem propterea, quod certiſſimum, ſacrificia à populo Dei veniſſe ad paganos, & vero ibi *agni* ſacrificium fuerit quam uſitatiſſimum. addit tamen ex Græcorum opinione primo mactatam ſuem, ſiquidem & ATHE-

NÆUS

NÆUS in IX. ἀπὸ τοῦ θύειν, quod eſt mactare, derivari ὗς putet, quod *ſuem* notat. THEOCR. in parvo Herc.

Ζηνὶ δ' ἐπιῤῥέξαι καθυπερτέρῳ ἄρσενα χοῖρον.

„ Atque marem mactare Jovi decet è grege porcum. „

De piſcibus negat quidem PLUTARCHUS, quando libr. VII. Sympoſ. ait, ἰχθύων οὐ θύσιμος οὐδεὶς, οὐδὲ ἱερεύσιμός ἐστιν. „ Piſcium nullus immolatur, nec unquam eo ſacra fiunt: „ habemus tamen exempla apud ÆLIANUM de Animalibus, libr. XV. c. VI. ATHENÆUM l. VII. &c.

§. V.

Oportebat autem, ut hoſtiæ, quæ adducebantur, omni vitio carerent, membrisque perfectis eſſent. hinc in tempore dividebantur armenta, pars gregis fœturæ, pars laboribus, pars ſacrificiis deſtinabatur.

Obſervatio.

En veſtigia ſacrorum Judæorum. Ita JULIUS POLLUX lib. I. Onomaſt. c. 1. n. 26. de adductis victimis ſcribit: Τὰ δὲ θύματα, προσαχθέα, ἱερεῖα, ἄρτια, ἄζυμα, ὁλόκληρα, ὑγιῆ, ἄπηρα, παμμελῆ, μὴ κολοβὰ, μηδὲ

δὲ ἔμπηρα, μηδὲ ἀκρωτηριασμένα, μὴ ἢ διάστροφα. „Adductæ præterea victimæ, ſacra, integra, indiviſa, perfecta, ſana, innocua, omnia & recta membra habentia, non mutila, nec imperfecta, nec nociva, neque cornibus carentia, neque contorta. De delectu hoc optime VIRGIL. Georg. III. v. 158. ſeqq. it. APOLLON. *Rhod.* lib. I. Argonaut. v. 355.

§. VI.

Ætate placebant oves circa bimatum, bidentes ſcil. boves quinquennes, ſed injuges adhuc atque indomiti.

Obſervatio.

Itaque, cum LUCIANUS ait in Dial. de Sacrif. pro diverſa conditione hominum diverſa eſſe ſacrificia & offerre *βοῦν μὲν ἀροτῆρα τὸν γεωργὸν, ἄρνα δὲ τὸν ποιμένα*, &c. non intelligendus eſt bos jugo jam ſubmiſſus, ſed ad arandum aptus tantum & robore valens: conf. ÆLIANI V. H. lib. V. c. 14.

§. VII.

Haud tamen promiſcue & libero offerentium arbitrio victimæ ſacrificabantur: ſed diverſis Diis Deabusque diver-

diverſarum qualitatum animalia mactabantur. Cadebant alia bonis, alia malis: illis, ut prodeſſent, his, ne obeſſent: ſterilibus item victimæ ſteriles, fertilibus prægnantes, maribus mares, feminæ feminis.

Obſervatio.

Bonis convenire credebant hoſtias albas, malis nigras. Sic diis manibus nigris animalibus rem divinam fuiſſe exhibitam cognoſcimus ex HOMERI Odyſſ. κ. v. 32. locisque aliis.

§. VIII.

Quæ cuique divinitati animalia ſacra fuerint, non attingimus, ſi quidem pro variis circumſtantiis, offerentium conditione, fine, loco, tempore varia apud Auctores leguntur. Accepta vulgo judicabantur *Cereri* frugum primitiæ, *Baccho* caper, *Marti*, *Apollini*, *Neptuno*, *Plutoni* taurus, *Jovi* ſus cicur, vel aries, *Junoni* juvenca, *Hecatæ* canis, &c.

Obſervatio.

In quocunque ſacrificio ratio ſubfuit, cur

 hoc

hoc, non aliud offerri deberet, qua de re PLUTARCUS lib. de Iſide & Oſiride, Οὐδὲν ἄλογον, inquit, οὐδὲ μυθῶδες ἐγκαταστοιχειοῦται ἱερουργίαις, ἀλλὰ τὰ μὲν ἠθικὰς ἔχοντα, καὶ χρειώδεις αἰτίας, τὰ δὲ οὐκ ἄμοιρα κομψότητος ἱστορικῆς ἢ φυσικῆς ἐστι. „Sacris nihil inſertum ratione carens, aut fabuloſum: ſed alia habent morales & utiles cauſſas: alia hiſtoricæ aut è natura petitæ elegantiæ non ſunt expertia: „ Uti etiam in nominibus deorum imponendis, quod dicere viſus eſt DIO CHRYSOSTOMUS in prima Orat de Regno. Cœpimus ſupra dicere, quid aratori, quid opilioni ſit judicatum conveniens: addit idem αἶγα προσάγειν τὸν αἰπόλον· τινὰ δὲ λιβανωτὸν, τινὰ πόπανον· τὸν δὲ πένητα φιλεῖν μόνον τὴν τοῦ θεοῦ δεξιάν. Ratione finis alia fuerunt δωροφορικὰ, alia ἀπολυτρωτικὰ, redemtionis cauſa facta, rurſum alia διαλλακτικὰ, placatoria, al. ἀποπληρωτικὰ, ſi quæ Deo promiſimus, exſolvuntur, & iſtiusmodi plura, quorum exempla paſſim apud Auctores.

§. IX.

Solenne ſacrificiorum genus erat illud, in quo, uti PINDARUS ait citante STRABONE lib. III. p. 155. mactabantur πάντα ἑκατὸν, centum boves, ſues, aliaque animalia eo pretioſiora

ſiora ac rariora, quo major perſonæ offerentis dignitas cenſusque grandior.

Obſervatio.

Egimus ſatis prolixe de hoc ſacrificio nonniſi opulentis uſitato in HERODIANO noſtro ad lib. IV. §. 17. not. 36. ut hoc loco non opus ſit pluribus. VARINUS in Lexico, Ἑκατόμβη οὐχ ἡ ἁπλῶς θυσία, ἀλλ' ἡ πολυτελὴς, ἡ ἐξ ἑκατὸν δηλονότι κυρίως βοῶν.

§. X.

Hactenus breviter de materia Sacrificiorum. Illa ipſa vero quomodo peracta ſint, tradetur in ſequentibus.

CAPUT III.

DE FORMA SACRIFICIORUM, SEU MODO SACRIFICANDI.

§. I.

TRia diſtinguenda ſunt in ipſo actu ſacrificandi IMMOLATIO, MACTATIO, & SUFFITIO, quibus non diverſus, ſed unus idemque cul-

cultus conſtituebatur. LIBATIONEM non nomino; quoniam hæc in principio, medio & fine ſacrificiorum adhibebatur, uti ſtatim videbimus, rituſque etiam extra ſacrificandum obtinuit, quod clariſſime teſtatur VARINUS in Lexico.

Obſervatio.

Verba ejus hæc leguntur in voce λείβω: Τοῦ λείβειν οἶνον καιρὸς οὐ μόνον ὁ κατὰ θυσίας, ἀλλὰ καὶ ὁ κατ᾽ ἀρχὴν ὁδοιπορίας καὶ ἀπόπλου, καὶ ὕπνου, καὶ ξενίας, καὶ ὅσα τοιαῦτα. „ Vinum libabant non ſolum tempore mactationis victimarum, ſed etiam cum proficiſci vel alioſum navigare vellent, & cubitum ituri, & quando hoſpites adeſſent, & in hujuſmodi aliis caſibus.„

§ II.

Victima, ubi ſertis collum, cornua auro fuerunt de more circumfuſa, araque herbis feſtiſque frondibus placandæ divinitati maximopere adamatis ſolicite coronata, ſolemni pompa adducebatur ad aras vittis revincta.

Obſervatio.

Splendoris cauſa, quem inprimis ſectaban-

bantur in ſacrificiis, ſive ut Deo cultus fieret dignior, ſive ut auguſtior appareret incuteretque ſpectatoribus eo facilius ſanctum quendam horrorem, nihil non perpurgatum, nihil non ſingulari arte comtum atque ornatum. Ipſi Sacerdotes, & qui ſacrificium obtulerunt, *coronati* incedebant, veſtibusque, quibus feſto die uti conſueverant, varii pro natura ſingulorum deorum coloris induti. Frondes, quæ ſpargebantur, maximam partem carpebantur è pinu, myrto, oliva, &c. v. g. in *Dionyſiacis* frequens myrti uſus; in *Cerealibus* quercus; in *ſacris Cybeles* pinus; *Herculis* populi; *Apollinis* lauri; vide NATAL. COMITEM Mythologiæ lib. I. c. 10. ex quo hauſiſſe videtur PFEIFFERUS, quicquid de hac materia diſſerit in cap. 34.

§. III.

Quo facto, ne cogi videretur ad divinam hanc ſolennitatem, diligenter ejus voluntas ſolebat explorari: ſi reluctabatur animal, ſtatim ab aris fuit remotum, velut ingratum diis atque inauſpicatum. quod autem ut certius poſſet intelligi, periculum fiebat obliquo cultro ducto à ftonte ad caudam, & inſperſa mola ſalſa, à qua actus hic præparatorius dicebatur IMMOLATIO.

Obſervatio.

Ita SERVIUS ad VIRGIL. lib. XII. Æneid. v. 173. „Quibus rebus, inquit, frugibus ſcil. ſalſis, ſeu mola, cultri adſpergebantur & victimæ. Erant autem probationes, utrum eſſet animal aptum ſacrificio. Obliquum etiam cultrum à fronte usque ad caudam ante immolationem ducere conſueverant.„ Immo non ſufficere videbatur, ſi quiete ſtaret beſtia, capitis etiam nutu conſenſum expreſſum expectabant, in quem finem, uti ait MYRTILUS lib. II. rerum Lesbicarum, οἱ μὲν ὖν ἱερεῖς τὸ ὕδωρ εἰώθασιν ἐμβαλεῖν εἰς τὸ ὖς τῦ ἱερείυ, ὡς ἐπινεύη ταῖς τελεταῖς. Ceterum accedebat ad illam farinam hordei cum ſale permiſtam levis quidam imber, tenuem puta aquam, vinumque inter cornua effuſum: deinde pars quædam farinæ cum villis è fronte victimarum evulſis inter varias precationes ſuper aram in ignem conjiciebatur, tanquam prima libamina. HOMERUS Odyſſ. γ. v. 446.

Χέρνιβά τ' ὐλοχύτας τε κατήρχετο, πολλὰ δ' Ἀθήνη
Ἔυχετ' ἀπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλων.

„Fudit aquas fuditque molas, ac multa precatus
Pallada, dat flammæ evulſos de vertice villos.„

Ubi

Ubi ſimul diſcimus, molas haſce Græcis dictas, οὐλοχύτας, Nom. οὐλοχύται, αἱ, ab οὐλαὶ, *hordeum*, & χύω, *fundo.* vide NATAL. COM. loco cit. p. m. 32.

§. IV.

Interea Popæ limo velati & verbena tempora vincti, ad MACTATIONEM ſe præparabant, quæ non longo ſane intervallo poſt prima libamina, peractis quibusdam precationibus, facta eſt, & quidem hoc modo. Tempora vectibus percutiebant erecto, ſi ſuperis ſacrificabatur, victimæ jugulo, ſi inferis, ad terram depreſſo: deinde, ubi ceciderat animal, alii admotis vaſculis emanantem cruorem excipiebant, ſi ſcilicet inferis offerebatur; ſi ſuperis, nulla ſanguinis ratio habita, alii victimam excoriabant, & ignem accendebant.

Obſervatio.

Pro diverſa cultus divini ratione ejusque partibus variabant quoque nomina miniſtrorum, de qua varietate dicendum erit in ſequentibus. *Popæ* ſive *Agones*, ii nempe, qui mactabant victimam, peculiari quoque veſtimen-

ſtimenti genere utebantur, ſcilicet ab umbilico ad medias usque tibias deſcendens, ut pudenda tegeret, habebat in extremo ſui *Purpuram limam*, unde & nomen accepit: nam limum obliquum dicimus, ait SERVIUS ad hunc locum VIRGILII Æn. XII. v. 120. Totum autem hunc ſacrificandi ritum deſcribit POLYDORUS VIRG. lib. III. cap. 5. de Invent. rerum, LUCIANUS Dialog. de Sacrificiis, APOLLONIUS lib. I. Argon. v. 425. ſeqq. NONNUS lib. V. Dionyſ. v. 11. ſeqq. itemque DIONYSIUS HALICARNAS. libro VII. rerum antiquarum, hisce verbis: Συντελεσθείσης δὲ τῆς πομπῆς ἐβουθύτουν εὐθὺς οἱ ὕπατοι, καὶ τῶν ἱερέων οἷς ὅσιον, καὶ τῶν θυηπόλων, τρόπος ὁ αὐτὸς ἦν τῷ παρ' ἡμῖν· χερνιψάμενοί τε γὰρ αὐτοὶ, καὶ τὰ ἱερὰ καθαρῷ περιαγνίσαντες ὕδατι, καὶ Δήμητρος καρποὺς ἐπιῤῥάναντες αὐτῶν ταῖς κεφαλαῖς. Ἔπειτα κατευξάμενοι, θύειν τότε τοῖς ὑπηρέταις αὐτὰ ἐκέλευον. Τῶν δὲ οἱ μὲν, ἑστῶτος ἔτι τοῦ θύματος, σκυτάλῃ τοὺς κροτάφους ἔπαιον· οἱ δὲ πίπτοντος ὑπετίθεσαν τὰς σφαγίδας· καὶ μετὰ τοῦτο δείραντές τε καὶ μελίσαντες, ἀπαρχὰς ἐλάμβανον ἐξ ἑκάστου σπλάγχνου, καὶ παντὸς ἄλλου μέλους· ἃς ἀλφίτοις ἀναδεύσαντες ζέας προσέφερον τοῖς θύουσιν ἐπὶ κανῶν· οἱ δὲ ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἐπιτιθέντες, ὑφῆπτον, καὶ προσέσπενδον οἶνον κατὰ τῶν ἁγιαζομένων. „Ubi transacta fuiſſet pompa, Conſules ſtatim boves immolabant, & ex ſacerdotibus aut miniſtris, cuicunque munus illud convenire putaretur,

erat

erat idem, qui eſt apud nos ritus. Nam manus ipſi lavantes, puraque aqua victimas luſtrantes, ac Cereris fructibus illarum capita ſpargentes, poſtea precati, jubent miniſtris illas mactare. Ex iis vero, alii ſtantis adhuc victimæ tempora ſcytale percutiebant, alii ſub illam cadentem ſigilla ſupponebant, ac poſtea corio nudantes, membratimque diſſecantes è ſingulis inteſtinis primitias capiebant, cæterorumque membrorum: illas igitur farina hordei conſpergentes in caniſtris ad ſacrificantes adferebant. Illi ſuper altare imponentes ignem accendebant, vinumque libantes in eas victimarum primitias effundebant.„ Quod jugulum victimarum attinet ſuperius aut inferius verſum, clare MYRTILUS in II. rerum Lesbicarum, Ἐιώθασιν, inquit, *οἱ ἱερεῖς τὰ ἔντομα, τοῖς κάτω θεοῖς ἐναγιζόμενα, ἐν τῇ γῇ ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλάς· οὕτω γὰρ θύουσι τοῖς ὑποχθονίοις.* Τοῖς δ' *οὐρανίοις ἄνω ἀναστρέφουσι τῶν ἱερείων τὸν τράχηλον σφάζοντες.„* Conſueverunt ſacerdotes victimis, quæ mactantur inferis, humi capita incidere: ſic enim ſubterraneis ſacrificant. Ac cœleſtibus immolantes, colla ſurſum convertentes jugulant.„ &c.

§. V.

Nudata corio victima, & accenſo igne non qualibuscunque lignis, ſed le-

legitimis, ſed multo ſtudio ſelectis, cultro ferreo viſcera rimari ſolebat *Aruſpex*, ac diligenter explorare, an perlitatum foret. quo peracto, primitias ex omnibus membris & exta collecta, farris involuta farina, incenſis altaribus imponebant.

Obſervatio.

Tantum erat eorum circa ſacra recte obeunda ſtudium, tantaque ſolicitudo, ut etiam Lignatores ſacrificiis præficerentur, quibus id tantum curæ erat, ut ligna legitima, h. e. in legibus ſingulorum ſacrificiorum nominata, pararent, concinneque igni imponerent. Ita in Jovis Olympii fano non alia ligna adhibebantur, quam quæ ex populo alba, in memoriam Herculis, qui primus eam è Theſprotide in Græciam attuliſſe fertur. PAUSANIAS Eliacorum priore cap. 14. Τῆς δὲ λεύκης μόνης τοῖς ξύλοις ἐς τοῦ Διὸς τὰς θυσίας, καὶ ἀπ' οὐδενὸς δένδρου τῶν ἄλλων, οἱ Ἠλεῖοι χρῆσθαι νομίζουσι, κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν προτιμῶντες (ἐμοὶ δοκεῖν) τὴν λεύκην· ὅτι δὲ Ἡρακλῆς ἐκόμισεν αὐτὴν ἐς Ἕλληνας ἐκ τῆς Θεσπρωτίδος χώρας. Idem ex eo refert NATALIS COMES cap. cit. p. 29. Porro manibus contrectare viſcera non licebat, ne qua offenſa pollutis ſacris intercideret. Quod autem *Aruſpicinam* attinebat, Græce σπλαγχνοσκοπία, ex qua futura præſagie-

giebant, ea ſacrificantes maxime ſolicitos tenebat atque anxios. ad illam, teſte HESYCHIO, σπλάγχνα, ἧπαρ, ἔγκατα, καὶ τὰ ἐντὸς τῶν ζώων, referebantur, inprimis *Hepar* cum ſuis fibris, unde & tota ars ἡπατοσκοπία dicta; quoniam ſibi perſuaſerant veteres, hanc extorum partem eſſe fontem ſanguinis ac vitæ, partem optimam, Diis acceptam, & ad divinandum accommodatam. PLATO in Timæo: Ἡ μὲν οὖν φύσις τοῦ ἥπατος, διὰ ταῦτα τοιαύτη τε, καὶ ἐν τόπῳ, ᾧ λέγομεν, πέφυκε, χάριν μαντικῆς, „Atque jecoris quidem natura ob hanc cauſam talis facta eſt, & in ea ſede (ſcil. inter cor & ventriculum) qua dicimus collocata, divinationis gratia.„ Itaque ſi non integrum Hepar, fibriſque, quæ Græcis λοβοὶ, carebat, magnum portendere malum credebatur. Exemplum adducit ARRIANUS de rebus geſtis Alexandri lib. VII. p. m. 481. ed. Amſt. Blancardi, ubi Pithagoras μάντις τῆς ἀπὸ σπλάγχνων μαντείας, ὅτι ἄλοβον τὸ ἧπαρ ἐγένετο τοῦ ἱερείου, Hephæſtionis & Alexandri mortem prædicebat. Ita judicabant etiam de reliquis viſceribus; ubi non ſana, nec rite ſecundum naturam diſpoſita apparebant, de quo videndus LUCANUS per partes rem totam enarrans libro I. Belli Civilis, v. 618. ſeqq. Litare, Perlitare, Græce καλλιερεῖν, dixerunt, ubi exta felicem ſucceſſum promittebant. HESYCH. καλλιερεῖν, καλῶς τοῖς ἱεροῖς χρήσασθαι.

§. VI.

§. VI.

Thus inter hæc in flammam injectum, vinum ἔνσπονδον è pateris effuſum, partim in honorem Deorum, quorum cauſa ſacrificabatur, partim ut ea ſe extolleret, ac in majus exſuſcitaretur, donec inter varium & ſuaviolentem odorem membra illa, quæ Diis offerri fas erat, penitus ab igne conſumerentur. Hæc ratio faciendi SUFFITUS.

Obſervatio.

An thure etiam ſupplicatum ſit HOMERI tempore, dubitatur. PLINIUS certe negat lib. XIII. cap. 1. Hiſt. & ex eo ARNOBIUS *Afer* lib. VII. adverſus Gentes. Contenti nimirum illis temporibus erant, ὀςέα μηριαῖα, *oſſa femoralia*, in ſuffitum diis concremare: ſequentibus addebant λίβανον τὸν ἄῤῥενα, *thus maſculum*, quoniam hoc erat excellentiſſimum. Quod dicimus de *vino* ad libandum apto, legendum ap. JULIUM POLLUCEM lib. VI. Onomaſt. cap. 6. num. 25. opponitur τῷ ἀσπόνδῳ, *ſpurco*, cui vel aqua erat admixta, vel hujusmodi quid ſolebat accidere. OVID. lib. XIII. Metam.

„Thure dato flammis, vinoque in thura
profuſo,

Cæſa-

Cæſarumque boum fibris de more cremaṫis. „

Utebantur nempe veteres in omnibus ſacrificiis *vino*, ſi diſceſſeris à ſacris Eumenidum, Cereris paucisque aliis, in quibus non vinum, ſed aqua, lac, mulſum, aliusve liquor adhibebatur; dicebantur hinc *νηφάλια ἱερὰ*, *νηφάλιοι θυσίαι*, uti tradit SUIDAS in hac voce. Plutonis in ſacrificiis pro vino oleum fuiſſe aſſumtum, auctor eſt VIRGIL. lib. VI. Æneid. v. 254. Cæterum non tota viſcera comburebantur, ſed ex omni viſcere & membro certæ quædam partes, deciſæ, cum oſſibus femoralibus: reliqua comedebantur, uti oſtendit HOMERUS Odyſſ. *γ*. v. 461.

Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη, καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο,
Μίστυλλόν τ' ἄρ τ' ἄλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν,
Ὤπτων δ', ἀκροπόρους ὀβελοὺς ἐν χερσὶν ἔχοντες.

„ Cæterum poſtquam femora combuſta ſunt, viſcera comederunt,
Minutatimque diſſecuerunt, alia & verubus transfixerunt
Aſſaruntque, acuta verua in manibus tenentes. „

CAPUT IV.

DE

DIVERSIS SACRIFICULORUM NOMINIBUS, ET INSTRUMENTIS AD SACRIFICIA ADHIBITIS.

§. I.

NE vero ob varietatem atque multitudinem laborum ritus quidam ad ſacra neceſſarii malo omine negligerentur, nec in tota ſolemnitate jure quid deſiderari poſſet, non omnium miniſtrorum eadem erant & communia officia, ſed quilibet peculiare ſuum munus habebat, cui obeündo par judicabatur & ſufficiens. hinc diverſa quoque orta nomina pro ratione muneris & ſingulari parte cultus divini procuranda.

Obſervatio.

Is, qui plurimum poterat in rebus ſacris, & à quo Sacerdotes ac reliqui miniſtri omnes dependebant, Latinis dicebatur *Pontifex maximus*, Græcis Ἀρχιερεὺς ἱεροφάντης, τῶν ἱερῶν βασι-

βασιλεὺς, πρoςάτης, ἱεράρχης: qui ſoli ſubfuit Pontifici, ἱερομνήμων: reliqui *Antiſtites ſacrorum varii generis*, ἱεροφάνται, ἱερονόμοι, ἱεροδιδάσκαλοι, θεοφράδμονες ἡγεμονεῖς, ἁρμοςαὶ, ἐπίσκοποι, θεωροὶ, ἱεροφύλακες, &c. qui ſacrificiis neceſſaria adminiſtrabant, ἱερουργοὶ, ἱερόδουλοι: qui victimas ad aram ligatas feriebant, & ſeceſpita jugulabant, δαιτροὶ, θύται, βουθύται, βούτυποι: ſubminiſtratores, ὑπηρέται: æditui, domum ſacram cuſtodientes, purgantes, νεοκόροι, ζάκοροι, τεμψωρόι: qui luſtrationibus deſerviebant, καθαρταί: qui ignem in ara accendebant, faces, lumina myſteriis præferebant, πυροφόροι, δαδοῦχοι, λυχνοῦχοι: qui grandines & tempeſtates obſervabant, χαλαζοφύλακες: prophetæ, divinatores, vates, augures, προφῆται, ὑποπροφῆται, χρησμῳδοὶ, θυοσκόοι, θυοσκόποι, μάντεις, ὀρνιθοσκόποι, οἰωνιςαὶ, &c. hinc ars augurandi οἰωνιςικὴ dicta in ſenſu latiore, quo non tantum divinationes ex avium volatu ſignabantur, ſed ex aliis etiam rebus atque circumſtantiis, quas SUIDAS docet verbis ſeqq. „Hanc (οἰωνιςικὴν, augurandi ſcientiam) primi Phryges invenerunt. Ejus vero ſpecies alia quidem eſt ὀρνεοσκοπικὴ, i. e. auſpicium, ut cum ave hac, vel illa volante, ante & poſt, & ad dextram vel ſiniſtram declinante, dicit quis, hoc vel illud ſignificare. De quo primus ſcripſit *Theologonus*. Alia ſpecies vocatur οἰκοσκοπικὴ, cum ea ſpectantur, quæ

domi accidunt, veluti ſi in tecto apparuerit muſtela, γαλῆ, vel ſerpens, aut oleum effuſum fuerit, aut mel, aut vinum, aut aqua, aut cinis, aut crepitus lignorum auditus fuerit, aut aliquid aliud, hoc vel illud portendit. De quo ſcripſit *Xenocrates*. Alia vocatur ἐνοδία, cum aliquis interpretatur ea, quæ in itinere occurrunt. Veluti ſi quis alteri obviam factus hoc vel illud geſtans, hoc vel illud ipſi contingit. De quo ſcripſit *Polis*. Alia vero vocatur χειροσκοπὴ, ut cum per extenſionem manuum exporrectarum, & ipſius palmæ, ex ungulis dicitur alicui, liberos procreabit, vel aliquid hujusmodi. De quo ſcripſit *Helenus*. Alia denique vocatur παλμικὴ, cum per hanc vel illam palpitationem corporis aliquid cognoſcitur. Ut cum palpitavit dexter aut ſiniſter oculus, aut humerus, aut femur, vel cum pruritus in pede ſentitur, aut auris tinnit, hoc vel illud accidit. De quo ſcripſit *Poſidonius*. Qui ſomniorum agebant interpretes, ὀνειροκρίται vocabantur, v. THEOPHRASTI Charact. Ethic. c. 17. Exſtant varia hujus materiæ opuſcula, Onirocritica ſcilicet ARTEMIDORI, ASTRAMPSYCHI, NICEPHORI *CPolitani*, ACHMETIS, quæ additis eruditis notis Paris. A. 1603. 4. edidit NICOLAUS RIGALTIUS. Vide FABRICIUM in Bibliotheca Græca lib. IV. cap. XIII.

§. II.

§. II.

Conſimiliter inſtrumenta, quorum in ſacris erat uſus, varia leguntur. deſcribit præcipua JULIUS POLLUX lib. I. Onomaſtici cap. I. num. 29. his verbis: Τὰ δὲ πρὸς θυσίαν, σχίζαι, σφαγίδες, κοπίδες, πελέκεις, ὀβελοὶ, λῖκνα, κανᾶ, χέρνιβες. „Sed quæ ad ſacrificiorum adminiſtrationem faciunt, hæc ſunt, pyræ, cultri, mucrones, bipennes, verua, vanni, caniſtra, gutturnia vel lebetes. „ addantur ex aliis σφαγεῖα, vel σφάγια, θυμιατήρια, δέπαστρα, περιῤῥαντήρια.

Obſervatio.

Σχίζαι, à σχίζω, *findo*, *diſſindo*, dicuntur ligna fiſſa in uſum ſacrorum. SUIDAS & VARINUS in Lex. σχίζας κυρίως ἔλεγον οἱ παλαιοὶ, τὰ ἐπὶ ταῖς θυσίαις τιθέμενα ξύλα. Supra enim diximus, & exemplo demonſtravimus capitis anteced. §. V. quantam in eligendis lignis curam adhibuerint. Sic NATALIS COMES cap. cit. ex *Hegemonis* lib. II. Georgicorum refert, in ſacris Bacchi antiquitus nulla ligna fuiſſe combuſta niſi oporobaſilidis, aut phibaleæ ficus, aut viticis cum foliis vitium; & ex *Pauſaniæ* Corinthiacis, ap. Sicyonios ignem non arſiſſe niſi è lignis

juniperi, quibus folia addebantur pæderotis. &c. Dicebatur hæc ligni fiſſura Græce etiam *χίδαξ*, *iisdem teſtibus*: *χίδαξ, τὸ χίσμα, ἢ τὸ ἐχισμένον ξύλον.* Σφαγίδες, à *σφάζω*, *jugulo*, *macto*, ſunt cultri, quibus feriunt jugulos pecorum mactandorum. utebantur iis Popæ & Agones, de quibus cap. anteced. §. IV. extra ſacra Coqui, unde SUIDAS: *Σφαγίδια, τὰ τῶν μαγείρων μαχαίρια*, *cultelli coquorum.* Κοπίδες, à *κόπτω*, *cædo*, ſunt gladii, cultri ad cædendum comparati. JUL. POLLUX lib. X. cap. 24. inter coquorum inſtrumenta refert: *Μαγειρικὰ δὲ, καὶ κοπίδες, καὶ δυρίδες.* Coquinaria quoque ſunt cultri & excoriatorii cultri. COEL. RHODIGIN. lib. VIII. Lect. Antiq. cap. 3. „ Copis autem, ſi cui forte ſcrupulum injicit, verbum Latinis auribus haud ita frequens, hic eſſe videtur lanii culter. „ Q. tamen CURTIUS copidas interpretatur recurvos gladios, quadam falcis imagine: meminit libro tertio STRABO. Inter inſtrumenta ſacrificalia POLLVX ſphagidas enumerat & copidas. Unde & Demoſthenicum illud de *Phocione*, *ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κοπὶς ἀνίσταται*, *verborum meorum copis exſurgit.* PLUTARCHI tralator ſecurim eſt interpretatus. Scilicet in uſu fuit apud gentes potiſſimum barbaras genus quoddam gladiorum leviter curvatorum, falcibus ſimilium, non pungentium, ſed cæſim ferientium. Græci vocarunt Κοπίδας, *Copidas.* XENO-

XENOPHON tribuit Perſis; PLUTARCHUS Gallis; CLAUDIANUS lib. I. de laudibus Stiliconis Gelonis; Getis, ſive Dacis STATIUS II. Achill. Luſitanis autem STRABO l. III. pag. 154. CURTII locus legitur lib. VIII. cap. 14. v. 29. Romanis non erant in uſu, ut qui puncta, quam cæſa vincere maluerunt. POLYBIUS: *οἱ δὲ Ῥωμαῖοι οὐκ ἐκ καταφορᾶς, ἀλλ᾽ ἐκ διαλήψεως ὀρθαῖς χρώμενοι ταῖς μαχαίραις, πρακτικοῦ τοῦ κεντήματος περὶ αὐτὰς ὑπάρχοντος, τύπτοντες ἐς τὰ στέρνα καὶ τὰ πρόσωπα διέφθειραν τοὺς πλείστους.* „At Romani non cæſim, ſed punctim rectis gladiis utentes, mucrone ad hanc rem efficaci, ferientes in pectora & facies, pleroſque interfecerunt.„ vid. Cl. JOANN. GEORG. POESCHELII Commentatio ad *Polyb.* lib. de Militia Rom. pag. 120. 121. • In mactandis pecoribus quoniam ſimili forma falcata cultri adhibebantur, eandem quoque denominationem acceperunt, ita ut recte inter inſtrumenta Coquorum & Poparum ab Auctoribus ſint numerati. eandem ob rationem APULEJUS Copidas adſcribit Venatoribus. *Πέλεκυς ſecuris*, *bipennis*, *ἀξίνη δίστομος*, ſec. VARINUM in Lex. qua cervicem tendineſque animalium incidi ſolebant: HOMERUS Odyſſ. γ. v. 449.

- - *πέλεκυς δ᾽ ἀπέκοψε τένοντας*
Αὐχενίους, λῦσεν δὲ βοὸς μένος.

- - „ſecuris autem abſcidit tendines
Cervicales: ſolvit autem bovis robur.„

SILIUS XVI.

„ Victimaque admota ſtabat ſubjecta ſecuri. „

Meminit & clavæ APOLLONIUS *Rhod.* lib. I. Argon. v. 426.

Ἤτοι ὁ μὲν ῥοπάλῳ μέσσον κάρη ἀμφὶ μέτωπα
Πλῆξεν, ὁ δ' ἀθρόος αὖθι πεσὼν ἐνερείσατο
γαίῃ.

„ Et hic quidem medium clava caput in frontis confinio
Percuſſit, ita ut cunctim delapſus itidem terræ affligeretur. „

Ὀβελὸς, à βέλος, *telum, ſagitta;* inſtrumentum videtur eſſe coquinarium, in ſummo acuminatum, & ſagittæ modo plagam inferre aptum, *Homero* ſec. EUSTATH. idem fuit τὸ ὀβελὸς & ὀβολὸς, recentioribus vero ſollicite diſtinctum. AMMONIUS περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων: Ὀβελὸς Ὀβολοῦ διαφέρει. Ὀβελὸς μὲν γάρ ἐστιν εἰς ὃν διαπειρῶνται τὰ κρέα μέλλοντα ὀπτᾶσθαι· Ὀβολὸς δὲ μέρος δραχμῆς. „ Ὀβελὸς eſt inſtrumentum ſeu ferrum, in quod transfiguntur carnes, quæ debent aſſari. Ὀβολὸς autem eſt pars drachmæ, h. e. monetæ. „

Λίκνον, ſeu Λεῖκνον, *vannus*, i. e. vas latum ex vimine aliave materia, quo acus paleæque poſt trituram à frumento aut legumine ventilando & in altum ejaculando excernuntur. SUIDAS in Lex. Λίκνον. κόσκινον ἢ πτύον·

πλ́ον · οἱ ϳ̀ διὰ διφθόγγε γράφεσιν. In ſacris vanni videntur adhibiti ad cribrandum & ventilandas fruges farinamque, è quibus fiebat mola ſalſa, cap. anteced. §. III. SUIDAS: Λικνοφόρος. τὸ λίκνον πρὸς πᾶσαν τελετὴν καὶ θυσίαν ἐπιτήδειόν ἐςιν. Ὁ δὲ τᾶτο φέρων, λικνοφόρος λέγεται. VIRGIL. Georgicorum lib. I. v. 166. vanni meminit in myſteriis Bacchi adhibitæ, cui primitiæ frugum à ruſticis ſolebant offerri:

„ Arbuteæ crates & myſtica vannus Jacchi. „

Κάνεον, & contracte κανᾶν, τὸ, à κάνης, ητος, ὁ, *caniſtrum*, *calathus*, cujus uſus ad ferenda inſtrumenta, quibus victimæ jugulabantur, in ſacris fuiſſe legitur ap. SUIDAM in hac voce, & Auctorem ETYMOLOGICI *magni* his verbis: Κανᾶν, εἰς ὃ φέρονται ἱερεργικὰ μάχαιραι, σημαίνει κυρίως τὴν μάχαιραν, οἱονεὶ τὸ καίνειν ἔχον κείμενον, ὅ ἐςι κόπτειν, ἀπὸ τῶν γινομένων ἐν ταῖς θυσίαις σφαγῶν. σημαίνει ϳ̀ καὶ κανίσκιον, παρὰ τὸ χαίνειν, χανᾶν καὶ κανᾶν, ἀπὸ τᾶ κεχηνέναι. Græce Κανᾶν, in quo feruntur ſacris inſervientes gladii, proprie ſignificat gladium, quaſi dicas, quod in ſe reconditum habet vim ſecandi, cædendi, à cædibus, quæ in ſacrificiis fiebant, ita appellatum. Significat & caniſtrum, quod dictum à verbo χαίνειν, *biare*, quaſi dicas χανᾶν, *bians*, quod apertum ſit & pateat ad

res accipiendas, quas in id injicere volumus, χ. mutato in κ. Quodſi autem à χαίνειν, non mirandum, JULIUM POLLUCEM alias illud ex *Ariſtophane* referre inter vaſa menſæ κανοῦν ἀρτοφόρον, *caniſtrum panarium.* Frequentiſſimus vero caniſtri uſus reperitur in feſto Bacchanalium & ſacris Panathenæorum. SUIDAS in Lex. παρὰ τὴν τῶν Διονυσίων ἑορτὴν Ἀθήνησιν αἱ εὐγενίδες ἐκανηφόρουν. ἦν δὲ ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα τὰ κανᾶ, ἐφ᾽ ὧν τὰς ἀπαρχὰς πάντων ἐτίθεσαν. item: Φιλόχορός φησιν, ὡς, Ἐριχθονίου βασιλεύοντος, πρῶτον κατέστησαν αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι φέρειν τὰ κανᾶ τῇ θεῷ (Minervæ.) Ἐφ᾽ οἷς ἐπέκειτο τὰ πρὸς τὴν θυσίαν, τοῖς τε παναθηναίοις, καὶ ταῖς ἄλλαις πομπαῖς. Χέρνιψ, à quo Plur. Χέρνιβες, & Χέρνιβον, à χερνίπτω, *manus lavo;* malluvium dicit, vaſculum quoddam, ᾧ τὰς χεῖρας νίπτουσιν, uti ait SCHOLIAST. *Apollon. Rhod.* in l. Argonaut. v. 409. conf. cap. anteced. obſerv. ad §. III. Σφαγεῖα, ſeu Σφάγια, à σφάζω, *macto*, dicuntur vaſa ſanguini cæſarum victimarum excipiendo idonea, conf. capitis ſuper. §. IV. SUIDAS: Σφαγεῖον τὸ τοῦ αἵματος δεκτικὸν ἀγγεῖον. VARINUS: Σφαγεῖον, τὸ ἀγγεῖον, εἰς ὃ τὸ αἷμα τῶν σφαζομένων ἱερείων δέχονται. Cretenſes pro eo dixerunt ἄμνιον, uti obſervat ad *Hom.* Odyſſ. γ. f. 1476. lib. 35. EUSTATH. alii ἀμνίον, ſive ἀμνεῖον. Θυμιατήρια, *acerræ, thuribula.* explicat JUL. POLLUX lib. I. Onomaſt. cap. I. n. 4. Ἐφ᾽ ὧν δὲ θύομεν, ἢ πῦρ ἀνακαίομεν, βωμὸς, θυμιατήριον, ἑστία.

„Su-

„Supra quæ ſacrificicamus, aut ignem incendimus, ara, acerrà, focus vel veſta.„ Δέπας, ſeu Δέπαςρον *poculum* dicit iſtiusmodi, quo vinum guttatim funditur, libatur: Latinis *ſimpulum*, de quo POMP. FESTUS.

Περιῤῥαντήρια, à ῥαίνω, *aſpergo*, περιῤῥαίνω, ſunt vaſa majora, ut χέρνιβα minora; lapidea vel ænea, ad aquam luſtralem ſuſcipiendam facta, ut illa ad lavandas manus. Poſita autem erant ante templa, vel ſub eorum introitum. LUCIANUS Dialog. de Sacrif. Καὶ τὸ μὲν πρόγραμμα φασὶν, μὴ παριέναι εἴσω περιῤῥαντηρίων, ὅςις μὴ καθαρός ἐςι τὰς χεῖρας. „Et præfationem ſacrorum dicunt, ne quis ingrediatur intra perirranteria (aquiminaria vocat COEL. RHOD. l. XVIII. L. A. cap. II.) qui non habet puras manus.„ Maxime ſcilicet in omnibus ſacris ritibus puritatis ſtudioſi, cunctos ſacrificatum venientes luſtrali aqua purgare ſolebant, immo & quærere, antequam acceſſus ad ſacrificium fieret: Τίς τῇδε; *Quis hic?* reſpondere vero: Πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ, *Multi & boni.* vid. GREG. GYRALD. 17. Syntagm. Hiſt. Deor. Pertinet huc locus SOZOMENI, qui ſimul indicat luſtrandi modum: Ἐπεὶ δὲ ἔμελλεν ὑπεραμείβειν τοῦ ναοῦ τὸν οὐδὸν, θαλλούς τινας διαβρόχους κατέχων ὁ ἱερεὺς, νόμῳ Ἑλληνικῷ περίῤῥαινε τοὺς ἐσιόντας. „Cum vero voluiſſet transgredi ſuper templi limen, ramos quosdam olivæ madefactos habens ſacerdos, Græca conſuetudine, luſtravit ingredientes.„ Poſſum & alia adhuc pluri-

plurima afferre nomina, ſed ne excreſcat diſcurſus plus, quam ſatis eſſe videatur, manum de tabula.

§. III.

In ſacris litteris veteris Teſtamenti, ubi eadem tractatur materia *Exodi* c.37:16. ſeqq. hæc prope nomina leguntur apud SEPTUAGINTA. τρυβλία, θυίσκαι, κύαθοι, σπονδεῖα, φιάλαι, κρεάγραι, &c. „Catini, acerræ ſive thuribula, cyathi, vaſa, quo vinum libabant in ſacrificiis, phialæ, & fuſcinæ ſive inſtrumenta ad carnes ex aheno eximendas.„

Obſervatio.

In textu *Hebraico* ſingulis reſpondent: קְעָרוֹת: כַּפּוֹת: מְנַקִּיּוֹת: קְשׂוֹת: גְּבִיעִים: יָעִים:

CAPUT V.

DE

IIS, QUÆ IN FINE SACRIFICIORUM SUNT OBSERVATA.

§. I.

PEracto hac ratione ſacrificio, certisque victimæ partibus Diis oblatis, reliquas in convivia aſſume-

mebant habita per omnes ſolemnitates in honorem Deorum, ſi exta felicem rerum ſucceſſum promittebant, Superique votis & precationibus ſacrificantium videbantur annuere.

Obſervatio.

HOMERUS Odyſſ. γ. v. 65.

Οἱ δ' ἐπεὶ ὤπτησαν κρέ' ὑπέρτερα καὶ ἐρύσαντο,
Μοίρας δασσάμενοι, δαίνυντ' ἐρικυδέα δαῖτα.

„Hi poſtquam aſſarunt carnes ſuperiores
& abſtraxerunt,
Partibus diſtributis celebrarunt ſplendidum
convivium.„

Non quidem ita neceſſarius habebatur ritus ad perfectionem ſacrificiorum, ut divelli ab iis ſine peccato nequiret, ſed tamen plerumque obſervatus. Interdum caro divendita: interdum domum ſuis, interdum alio amicis ad veſcendum miſſa. Ille modus habebatur maxime ἀνελεύθερος, *illiberalis & ſordidus*, quem perſtringit in aliquo filiam ſuam nuptum collocante, mactatæque victimæ carnes omnes vendente THEOPHRASTUS Charact. Ethic. cap. XXIII.

§. II.

Namque vinum largius hauriebant,

bant, ſapidis cibis ad ſatietatem veſcebantur, variiſque ſe concentibus muſicis oblectabant, quorum argumentum & materia celebratio Deorum ob varia iis accepta ferenda beneficia.

Obſervatio.

Indicat hoc ipſa origo verbi *μεθύειν*, quod ebriis tribuimus. Veteribus enim Grammaticis dicitur quaſi *μετὰ τὸ θύειν*, *poſt ſacrificium*, quod hoc peracto pocula miſcere, vinoque indulgere pro lubitu ſolebant. vid. SUID. in *μέθη*, *ebrietas*. Meminit iſtiusmodi compotationum EPICHARMUS, ita tamen, ut eas non ſine nota recenſeat. Ἐκ *μὲν θυσίας θοίνη, ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο, ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου ἐγένετο θυανία, ἐκ θυανίας δίκη, ἐκ δὲ δίκης καταδίκη, ἐκ δὲ καταδίκης πέδαι, καὶ σφάκελος, καὶ ζημία.* „ Ex ſacrificio epulum, ex epulis facta eſt potatio, ex potatione commeſſatio, ex commeſſatione facta eſt ſubatio ſive ludus, ex ſubatione ſeu ludo lis, ex lite condemnatio, ex condemnatione compedes, ſphacelus & mulcta.„ Muſicorum cantuum uti uſus fuit per totum ſacrificandi tempus, maxime dum urerentur victimarum partes aræ impoſitæ: ita & jam inter convivandum. ATHENÆUS lib. XIV. Dipnoſophiſt. cap. 6. Ἀλλὰ *μὴν οἱ ἀρχαῖοι καὶ περιέλαβον ἔθεσι καὶ νόμοις τοὺς τῶν θεῶν ὕμνους ᾄδειν ἅπαντας ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν,*

ὅπως

ὅπως καὶ διὰ τούτων τηρῆται τὸ καλὸν καὶ σωφρονικὸν ἡμῶν. ἐναρμονίων γὰρ ὄντων τῶν ᾀσμάτων προσᾳδόμενος ὁ τῶν θεῶν λόγος, ἀποσεμνύνει τὸν ἑκάστων τρόπον, „ At priſci homines conſuetudine legeque Deorum hymnos & laudes in conviviis ab omnibus cantari juſſerunt, ut reverentia Numinum ejus quod honeſtum ac moderatum eſt, fines non tranſilirent. Adjuncta namque muſicis numeris de Diis oratione magis compoſiti fiunt, & graves cujusque mores. „ NATALIS COMES Mythologiæ lib. I. peculiare caput facit de hymnis antiquorum cap. 16. ubi de materia eorum & forma. „ Fuit igitur illa hymnorum forma, ut Deorum laudes & res præclare ab illis geſtas prius inter ſacrificia decantarent, & quibus beneficiis Dii ipſi affeciſſent mortales, qua benignitate civitates complexi ac tutati fuiſſent, qua clementia in ſupplices homines eſſe conſueverint. „ Demonſtrat hoc pluribus in ſeqq. ex *Callimachi* hymno in laudem Apollinis. Inter inſtrumenta muſica, quibus uti ſolebant in ſacrificiis, numerandæ ſunt inprimis *tibiæ*, de quarum uſu eleganter OVIDIUS lib. IV. Faſtorum:

„ Quæritur in ſcena cava tibia, quæritur aris. „

Taceam proverbium hinc ortum in eos, qui laute quidem, verum alieno vivunt ſumtu, uti tibicines, qui ſacris præſto ſunt conviviis, at immunes, ejus meminit SUIDAS in voce

αὐλη-

αὐλητῆ βίον ζῇς. vid. ERASMUS Chil. II. Cent. III. Adag. 34.

§. III.

Sic, ut exemplo res fiat illuſtrior, Apollini Pæana in memoriam pugnæ ejus cum Pythone canere ſolebant Citharœdi atque Tibicines, carmen etiam modulari ſingulari nomine appellatum, πυθικὸς νόμος, quod quinque partibus conſtabat, ἀνακρέσει, *procemio:* ἀμπείρᾳ, *primo certaminis initio*, cum pugnæ facere periculum aggrederetur Apollo, jaculationemque telorum tentare: κατακελευσμῷ, *ipſa pugna*, ad quam partim ſua virtute, partim acclamatione Parnaſſiorum roboratus eſt: ἰάμβοις καὶ δακτύλοις, *illis* ad convicia jacienda, *bis* propter feſtinandi ſtudium: σύριγξι, *fiſtulis* mortem Pythonis imitantibus, vitam cum ſibilis quibusdam finientis.

Obſervatio.

Ita STRABO lib. IX. pag. 421. & ex eo ERASMUS SCHMIDIUS in prolegomenis ad *Pindari* Pythia pag. 7. cæterum varias hymnorum talium ſpecies recenſet JULIUS POLLUX lib. I. cap. 1. v. 33.

§. IV.

§. IV.

Bene dehinc poti, nulliſque non ſatiati voluptatibus, poſtquam diis gratias egiſſent de benigna in convivium receptione, ultimam ſacrificiorum partem, linguas victimarum *Mercurio*, eloquentiæ & ſermonis præſidi, ſacrabant, vinique parum ſuper illas in ignem conjectas infundebant: ſive ut ſe purgarent à conviciis & maledicentia: ſive ut Diis tanquam teſtibus ſuos ſermones committerent, vel tacenda monerent, quæ in convivio liberius ab ipſis dicta fuerunt. Poſt facta diſceſſio, quique bonæ ſcævæ gratia aliquam è ſacrificiis partem ſecum aſportare domum cupiebat, aſportavit, cum iſtiusmodi fruſtum è loco ſacro ablatum plurimum ad rectam facere valetudinem putaretur.

Obſervatio.

ATHENÆUS lib. I. Dipnoſophiſt. c. 14. *Σπένδουσι δ' αὐτῷ* (ſcilicet Ἑρμῇ) *καὶ ἐπὶ ταῖς γλώσσαις ἐκ τῶν δείπνων ἀπιόντες, προσνέμονται δ' αὐτῷ αἱ γλῶσσαι διὰ τὴν ἑρμηνείαν.* „Libabant & eidem à cœna diſceſſuri ſuper linguis ob linguæ commercium. Mercurio namque

que ſacræ ſunt linguæ ob eloquentiam & orationis perſpicuitatem.„ conf. HOMER. Odyſſ. γ. v. 332. & ad illum EUSTATH. diſſerit de hoc ritu etiam COMES NATALIS lib. I. in fine cap. 10. pag. 37. & PFEIFFERUS c. 32. ubi quoque meminit proverbii iſthinc orti: Μισῶ μνάμονα συμπόταν. *Odi memorem compotatorem:* quod admoneat ἀμνηςίαν, *oblivionem* omnium, quæ in conviviis vel fiunt, vel dicuntur. refert hoc MARTIALIS lib. I. ep. 28. extat autem ap. PLUTARCHUM initio libri I. Sympoſ. fuſiusque explicat ERASMUS Chil. I. Centur. VII. Adag. 1. Fruſtulum ejusmodi, quod è ſacris domum aſportabant, ob uſum, quem præſtare crediderunt in confirmanda ſeu recuperanda valetudine, ὑγίειαν, ſive ὑγείαν appellabant. ATHENÆUS lib. III. Dipnoſophiſt. cap. 3. ὑγεία δ᾽ καλεῖται ἡ διδομένη ἐν ταῖς θυσίαις μᾶζα, ἵνα ἀπογεύσωνται. „Hygeam mazam vocaverunt, quæ in ſacrificiis datur, ut deguſtetur.„

§. V.

Cautum vero in his omnibus ſerio firmisque ſancitum legibus, ne quis ſupra facultates ſacra diis facere tentaret, nec receptis in qualibet Republ. divinitatibus alias & peregrinas ſuperadderet. Illud, ut cultus deorum

rum eſſet perpetuus, nec crederetur externus potius, quam internus placere: hoc autem, ne, vileſcente ſenſim ſenſimque à majoribus accepta & domeſtica religione, totus tandem deorum timor ex hominum animis exſtirparetur.

Obſervatio.

Ita DRACO apud *Porphyr.* SOLON & LYCURGUS apud *Plutarch.* in eorum vita extenuaſſe expenſas in cultum divinum leguntur, hicque etiam quærenti, quare tam modica & vilia ſacrificia, μικρὰς καὶ εὐτελεῖς θυσίας, conſtituiſſet, *reſpondiſſe:* ὅπως μηδέποτε τιμῶντες τὸ θεῖον διαλείπωμεν, ne unquam Deos venerari ceſſemus. de cultu interno præclare PLATO Alcibiad. II. ſeu Dialogo de voto, Καὶ γὰρ, inquit, ἂν δεινὸν εἴη, εἰ πρὸς τὰ δῶρα καὶ τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ θεοὶ, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ψυχὴν, ἄν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ὢν τυγχάνῃ πολλῷ μᾶλλον, οἶμαι, ἢ πρὸς τὰς πολυτελεῖς ταύτας πομπάς τε καὶ θυσίας, ὧν οὐδὲν κωλύει πολλὰ μὲν εἰς θεοὺς, πολλὰ δ' εἰς ἀνθρώπους ἡμαρτηκότας, καὶ ἰδιώτην καὶ πόλιν ἂν ἕκαστον ἔτος τελεῖν. „Etenim grave eſſet, ſi Deus ad donaria & ſacrificia reſpiceret potius, quam ad animum, utrum ſanctus & juſtus ſit: ad quem equidem arbitror Deum magis attendere, quam ad multi ſumtus pom-

pompas, quæ nihil prohibent eum, qui multa in Deum hominesque peccaverit, ſive privatus ſit, ſive Magiſtratus gerat, ſingulis annis perficere.„ De religione patria mordicus defenſa nihil attinet dicere; conſtat enim SOCRATEM ideo capitis damnatum, quod Athenienſibus videbatur contra inſtituta patria novos Deos introducere. vid. DIOG. LAERT. & Actorum cap. 17. v. 19, 20. diſcimus Apoſtolum PAULUM hanc ipſam ob cauſam *εἰς Ἄρειον πάγον* deductum, ut nempe *τὴν καινὴν ταύτην τὴν ὑπ' αὐτοῦ λαλουμένην διδαχὴν* cognoſcerent penitius.

CAPUT VI.

DE

LOCO CONSUETO ET TEMPORE, QUO SACRA FIEBANT.

§. I.

QUemadmodum antiquorum hominum mores ſimplices & aperti, ita ut præter illa bona, quæ natura per ſe ſuppeditabat, nihil magnopere deſiderarent: ſic & in ſacris omnia erant plana, nihilque, quod mul-

multa arte magnaque induſtria conſtabat. conf. exempli gratia Hiſtoria Græciæ cap. I. obſerv. ad §. XXXI. it. Græciæ ſacræ cap. II. §. II.

§. II.

Contenti hinc fuerunt ſeligere locum, quem fortuna primum dederat, ibique aperto cœlo ſtruere aras ceſpititias, lapideas, aliave ex tenui materia confectas. Poſteri ex parte morem hunc retinuerunt, &, ſi quid boni contra expectationem illis contingeret, aut in itinere conſtitutis fortuna indulgentius faveret, quoniam plerumque à templis erant remotiores, ita Diis gratias agere, iſtiusque conditionis aras ad facienda ſacrificia adhibere ſolebant.

Obſervatio.

Ita v. g. legimus apud APOLLONIUM *Rhod.* lib. II. v. 696. Argonautas, cum ex tempore aliter non poſſent, Apollini ſacra facturos è ſaxis manualibus aram ſtruxiſſe:

- - *καὶ τοὶ μὲν ἄφαρ βωμὸν τεῦχον*
Χερμάσιν.

„ - - alii confeſtim fabricantur aram
E ſaxis manualibus. „

OVIDIUS Triſtium libr. V. Eleg. V. 9.

„ Araque gramineo viridis de ceſpite fiat. „

cui accinit SILIUS Ital. lib. IV. v. 704.

„ Gramineas undis ſtravit ſocialibus aras. „

§. III.

Proprius itaque locus ſacrificiis faciundis deſtinatus erat *Ara*, non qualicunque in angulo poſita, verum in templo, æde illuſtri ac publica.

Obſervatio.

Conſtituitur à nonnullis hoc diſcrimen inter *Aram* & *Altare*, ut *illa* & ſuperis, & inferis diis conſecrata ſit, *hoc* ſuperis tantum, cum dictum ſit ab altitudine : SERVIUS ad Virgilii Eclogam V. Græcis dicitur βωμὸς, ἀπὸ τȣ̃ βῶ, quod eſt, βαίνω, *ſtatuo, colloco*, quod ara diis collocata ad ſacrificium, ὁ βεβηκὼς καὶ ἱδρυμένος τοῖς θεοῖς πρὸς θυσίαν, AUCTOR *Etymologici magni* in hac voce.

§. IV.

Nec eandem ſemper tenebat altitudi-

tudinem, ſed pro natura & conditione divinitatis *Ara* fuit humilis, media & ſublimis. Jovi collocabatur exceltiſſima ſublimibus etiam in locis, ita ut omnis mons de ejus nomine vocaretur Jovis mons.

Obſervatio.

Sumimus hic vocabulum *Aræ* in ſenſu lato, prout omnes ſtructuras ſub ſe complectitur, ſuper quibus ſacrificare ſolebant, uti & VITRUVIUS lib. IV. Architect. cap. 8. „Altitudines, inquit, ararum ſic ſunt explicandæ, ut Jovi omnibusque cœleſtibus quam excelſiſſimæ conſtituantur, Veſtæ, Terræ, Marique humiles collocentur. „ alias ſenſu ſtrictiore accipitur, ut ſi LUTAT. *Grammat.* in lib. VII. Thebaidos *Statii* docet, „ tria fuiſſe loca Ethnicis in ſacrificando familiaria, per quæ expiationem facerent: Scrobiculo facto inferis: aris terreſtribus: cœleſtibus exſtructis focis. „ Unde dicatur Ara, diſſerit ISID. *Hiſpal.* lib. XV. Orig. cap. 4. itemque ROSINUS Antiquitatum Romanarum lib. II. cap. 2. Quod omnis mons propterea Jovis vocitetur, teſtari *Melanthem* ait COMES NATAL. lib. I. cap. 10. & ex eo PFEIFFERUS cap. 37. verbis ſeqq. Πᾶν γὰρ ὄρος τοῦ Διὸς ὄρος ὀνομάζεται, ἐπεὶ ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ὑψίστῳ ὄντι τῷ Θεῷ ἐν ὕψει θυσίας ποιεῖ-

ποιεῖσθαι. „ Omnis autem mons Jovis mons appellatur, quoniam mos fuit antiquorum, ut altiſſimo Deo exiſtenti in loco ſublimi ſacrificarent. „ Deſcribit ita Jovis Olympii aram maximam PAUSANIAS lib. V. ſeu Eliacorum priore: Τοῦ βωμοῦ δὲ τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ κρηπῖδος μὲν τῆς πρώτης προθύσεως καλουμένης, πόδες πέντε καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατόν ἐστι περίοδος· τοῦ δὲ ἐπὶ τῇ προθύσει, περίμετρος ἑκάστου πόδες δύο καὶ τριάκοντα. τὸ δὲ ὕψος τοῦ βωμοῦ τό σύμπαν ἐς δύο καὶ εἴκοσιν ἀνήκει πόδας. Αὐτὰ μὲν δὴ τὰ ἱερεῖα ἐν μέρει τῷ κάτω τῇ προθύσει καθέστηκεν αὐτοῖς θύειν· τοὺς μηροὺς δὲ ἀναφέροντες τοῦ βωμοῦ τὸ ὑψηλότατον καθαγίζουσιν ἐνταῦθα. ἀναβαθμοὶ δὲ ἐς μὲν τὴν προθυσίαν ἄγουσιν, ἐξ ἑκατέρας τῆς πλευρᾶς λίθου πεποιημένοι· τὸ δὲ ἀπὸ τῆς προθύσεως, ἐς τὸ ἄνω τοῦ βωμοῦ, τέφρας παρέχεται ἀναβαθμούς. Ἄχρι μέν τοι τῆς προθύσεως ἔστιν ἀναβῆναι καὶ παρθένοις, καὶ ὡσαύτως γυναιξὶν. ἐπειδὰν τῆς Ὀλυμπίας μὴ ἐξείργωνται· ἀπὸ τούτου δὲ ἐς τὸ ἀνωτάτω τοῦ βωμοῦ, μόνοις ἐστὶν ἀνδράσιν ἀνελθεῖν. „ Aræ Olympicæ ima crepido, quam πρόθυσιν appellant, (quaſi primam ſacrorum ſtationem dicas) ambitum peragit pedum centum, & amplius quinque & viginti: graduum ſingulorum ſupra imam iſtam crepidinem ambitus, pedes explet binos ac tricenos. univerſa aræ altitudo pedes conficit duos prope & viginti. ducuntur hoſtiæ ad imæ crepidinis ſtationem: ibi eas patrio more mactant: femora in ſumma ara adolent. Et ad ſtationem quidem ab

utro-

utroque latere per lapideos; ad aræ altiſſimam ſedem, per cineritios gradus ſcanditur. Et ad ſtationem quidem usque tam virgines, quam mulieres, quum in Olympiam venire nulla prohibet religio, poſſunt aſcendere; longius progredi ſolis viris fas eſt.„

§. V.

Templa maximis ſumtibus conſtituebantur, ampla & ſublimia, ſeparata ab ædificiis profanis, ac plerumque ad Solem orientem converſa. *Antiquiſſimum* celebratur Thearii Apollinis apud Trœzenios: *ampliſſimum* vero & *artificioſiſſimum* Epheſi illud Dianæ.

Obſervatio.

Laudat hinc Tanagræos PAUSANIAS Bœoticorum libro, cap. 22. quod ſeorſim à profanis ædibus ſua templa habebant, in pura area, & ab hominum negotiationibus ſejuncta. *Ἐυ δέ μοι Ταναγραῖοι νομίσαι τὰ ἐς τοὺς θεοὺς μάλιστα δοκοῦσιν Ἑλλήνων χωρὶς μὲν τὰ οἰκεῖα σφίσι, χωρὶς δὲ τὰ ἱερὰ ἀπ᾽ αὐτῶν, ἐν καθαρῷ τέ ἐστι καὶ ἐκτὸς ἀνθρώπων.* PROMACHIDAS vero *Heracleota* atque DIONYSIUS *Thrax*, citante *Comite Natali*, in libro III. diæreſeων explicat ſequentia. *Οἱ γὰρ ναοὶ τῶν παλαιῶν, καὶ τὸν ἥλιον ὑπερκύψαντα εὐθὺς ὑποδέχεσθαι εἰώ-*

θεσαν, καὶ τοῦ φωτὸς εὐθὺς ἐμπιπλᾶσθαι τῶν θυρῶν ἀναπεπταμένων, ὅπου καὶ τὰ ἱερὰ ἔρρεξαν. „Antiquorum enim templa exorientem ſolem ſtatim excipere ſolebant, & ſtatim orto lumine feneſtris ac foribus patefactis repleri, ubi ſacrificia fiebant. „ conf. VITRUVIUS lib. IV. Architect. cap. 5. De Templo *Thearii Apollinis* iterum PAUSAN. in Corinth. cap. 31. ubi, inſtituta comparatione cum pervetuſto Minervæ templo apud Phocaënſes in Jonia, cum Pythii Apollinis apud Samios, illud tamen his longe antiquius eſſe judicat. de Templo *Dianæ Epheſiæ* quid attinet dicere, cum res nota ſit & indubia? cit. *Auctor.* in Meſſenicis cap. 31. τὸ μέγεθος τὸν ναὸν dicit τὰ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις κατασκευάσματα ὑπερηρκότα, magnitudine cetera omnia hominum opera ſuperaſſe. „

§. VI.

Partes *templorum* præcipuæ recenſentur, delubra ſeu cellæ, in quibus ſimulacra deorum collocata: aliæ, quas neſcio, an penetralia vocare liceat, in quibus principum virorumque honoratiorum cadavera recondebantur; pretioſiſſima quæque abdebantur: adyta, loca templi intima & ſecretiſſima, nemini, præter ſacerdotes, patentia, unde *Oracula* reddi ſolita rogantibus.

Ob-

Obſervatio.

Sumitur hic *Delubrum* in ſenſu ſtrictiore, ut ſit pars templi, ſeu templum minus certæ divinitati conſecratum ſub toto ædificio comprehenſum. Colebantur nimirum in uno ſæpe templo dii varii, quorum ſingulis ſingula conſtituebantur delubra, diſtincta à reliquis vario ſtructuræ genere, cum alii, in quibus Jupiter, Mars, Hercules Dorico artificio gaudebant: alii Jonico, ut Bacchus, Apollo, Diana: alii Corinthiaco, ut Veſta. conf. VITRUVIUS lib. IV. Archit. cap. 1. Generaliter uſurpant pro *quovis ſacello*, *pagano* inprimis, uti CASP. BARTHIUS ad *Claudianum* pag. 866. Græce reſpondet *σηκὸς*, de quo vid. AMMONIUS in libello de differentibus vocabulis. De Penetrali, quod ex parte etiam explicat SUETONIUS Auguſt. c. 18. forſan intelligi debet JULIUS POLLUX. lib. I. Onom. cap. 1. num. 6. *εἴη δ᾽ ἂν ὁ μὲν εἴσω τῶν περιῤῥαντηρίων, τόπος ἔνθεος, ἱερὸς, καθιερωμένος, καθωσιωμένος, ἀβέβηλος. καίτοι οὐδέπω ἐντετύχηκα τῷ ὀνόματι*, „Porro locus, qui intra Aquiminaria, divinus, ſacer, conſecratus, devotus, ſacroſanctus & intactus dicitur. proprium autem huic vocabulum nunquam reperi.„ De Adyto autem n. 8. *εἰ μέντοι, καί τι χωρίον ἄβατον εἴη τοῦ ἱεροῦ, τοῦτο καὶ ἄδυτον εἴποις ἂν, καὶ ἄψαυστον, καὶ ἀψαυστούμενον, καὶ ἀθέατον, καὶ ἀνάκτορον.*„ Templi porro locum, quem adire non licet, Adytum nomi-

minaveris, intactum, ſacroſanctum, tectum & obſcurum & oracularem. conf. L. SENECÆ *Thyeſtes* Act. IV. Sc. I. v. 681. CÆSAR de Bello Civili, lib. III. cap. 105. „Pergami, ait, in occultis ac remotis templi, quo, præter ſacerdotes, adire fas non eſt, quæ Græci ἄδυτα appellant, tympana ſonuerunt.„

§. VII.

Adhæſit inſuper unicuique templo area quædam ſeu ſpatium vacuum quibusdam columnis diſtinctum, quod communis uſus, & per quod ad fores ædis ſacræ excurritur. Latini de *Veſtæ* nomine, cui templorum introitus conſecrati, *Veſtibulum* dixerunt: Græci πρόδομον.

§. VIII.

De ornamentis templorum atque donariis ſufficiat hic annotaſſe, infinitam fuiſſe eorum varietatem pro diverſa natura & facultate Deorum, caſuum & circumſtantiarum qualitate, dedicantium conditione, fine & opibus.

Ob-

Obſervatio.

Græcis ἀναθήματα dicuntur, quoniam communiter ſacra iſtiusmodi δῶρα ſuſpendi, & in excelſo ac conſpicuo ſtatui loco ſolebant. vid. SALMASIUS ad *Solinum* pag. 767. POLLUX lib. I. Onom. cap. 1. num. 24. ἀνάθημα ποιήσασθαι, ἀναθεῖναι εἰς τὸν νεών.

§. IX.

Quantum porro illis reverentiæ tribuerint ac religionis, inde colligi poteſt, quod arcebantur, qui furtum, qui adulterium, cædem, & alia iſtius generis facinora perpetraverant: qui ex illegitimo toro nati, vel impuris aderant manibus pedibusque. Hi omnes βέβηλοι, *profani* credebantur, de quibus Poëta:

„Odi profanum vulgus & arceo.„

Omittam, quod omnia fere templa privato quodam jure gaudebant, quo quæ illata eo eſſent, violari nefas haberetur.

Obſervatio.

PAPINIUS STATIUS lib. III. Silvarum:

„Ade-

„ - - Adeſte
Diique hominesque ſacris, procul hinc, procul ite nocentes,
Si cui corde nefas tacitum, feſſique ſenectus
Longa patris, ſi quis pulſatæ conſcius unquam
Matris, & inferna rigidum tenet Aracon urna,
Inſontes caſtosque voco.„

De *nothis* & *ſpuriis* extat peculiaris lex apud ISÆUM: de manibus pedibusque lavandis teſtantur proverbia apud ERASMUM Chil. I. Cent. IX. Adag. 54. & 55. *ἀνίπτοις ποσὶν ἀναβαίνειν, ἀνίπτοις χερσί* Ceterum *Aſyla* à Græcis vocantur ea loca, quæ tuta ab omni prædatione certum quendam eo confugientibus & ſtabilem receptum præſtant, ita ut inviti evelli nequeant. JULIUS POLLUX lib. I. Onomaſt. cap. 1. num. 10. *εἰ δὲ καὶ ἄσυλόν τι εἴη, τοῦτο καὶ κρησφύγετον λέγε, καὶ φύξιμον, καὶ ἱεροὺς ὅρους, ἐφ ὅσον τοῖς οἰκέταις ἀσφάλεια.* „Sed ſi aliquid aſylum fuerit, latebram vocabis & refugium, ſacros terminos, in quibus ſervis ſecuritas præbetur.„

§. X.

Ceterum pro ratione Deorum, quibus præſtabatur cultus, ſacra fiebant

bant vel tempore matutino , vel ad meridiem , vel ad veſperam. Veſperi quidem & occidente ſole inferis, ſuperis oriente ſacrificabatur , meridie forſan aëriis diis relicta. Hæc communiter & quotidie. multo vero ſolemniora ac ſplendidiora inſtituebantur ſacra ἱερομηνίαις , *diebus feſtis* , qui ſingulorum deorum cultui deſtinabantur.

Obſervatio.

Indicat hæc CALLIXENUS *Rhodius* in iis , quæ ſcripſit de Alexandria , his verbis : Τοῖς μὲν ἐν κατοιχομένοις περὶ τοῦ ἡλίου δυσμὰς ἐναγίζομεν· Τοῖς δ' οὐρανίδαις ὑπὸ τὴν ἕω τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντος ἱερεύομεν. „Vita defunctis ſane circa occaſum Solis parentamus. At cœleſtibus diis auroræ tempore ſub exortum Solis ſacrificamus. „

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

GRÆ-

GRÆCIÆ SACRÆ
PARS II.
CAPUT I.
DE FESTIS GRÆCORUM PRÆCIPUIS.

§. I.

Religionis veterum Græcorum magna quoque pars cernebatur in diebus feſtis, & quod XENOPHON in ſpecie de Athenienſibus effert: καὶ ἄγουσι μὲν ἑορτὰς διπλασίας, ἢ οἱ ἄλλοι, quod duplo plures feſtos dies agant, quam alii; id

id nos haud dubitamus, contentione facta cum aliis gentibus, toti adſcribere Græciæ, quod PAUSANIAS feciſſe videtur Eliacorum priore, cap. 12. Φιλότιμοι δὲ, ait, ἐς τὰ μάλιστά μοι καὶ ἐς θεῶν τιμὴν, οὐ φειδωλοὶ χρημάτων γενέσθαι δοκοῦσιν οἱ Ἕλληνες: Græci vero quam maxime ſplendidi & magnifici, ac minime omnium parci in colendis Diis videntur fuiſſe.

Obſervatio.

VOSSIUS libro cit. IX. cap. 8. „Nec ſacrificia, inquit, ſolum pars fuere cultus divini, ſed etiam feſti dies, preces ad deos, nudis ire pedibus, aliaque magno numero.„ Quod Athenienſes, innuunt hæc etiam verba PLATONIS, ſi in *Alcibiade*, II. de Euphemia Lacedæmoniorum ſupra cap. I. §. III. dicit: Τὰ δὲ λέγει Ἄμμων. Φησὶν ἂν βούλεσθαι αὐτῷ τὴν λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον, ἢ τὰ σύμπαντα τῶν Ἑλλήνων ἱερά. „Hæc ait Ammon. Lacedæmoniorum honeſtam orationem ſibi acceptiorem eſſe, quam omnia Græcorum ſacrificia.„ Legatio ad Ammonem erat Athenienſium.

§. II.

Sed, cum difficile ſit ob eorum

multitudinem feſta enumerare ſingula, & quo quæque pacto diſtinctis ſuis vicibus ſint celebrata, explicabimus hoc ſaltem loco præcipua, ex quibus facile queat intelligi, quid in reliquis quærendum aut expectandum.

§. III.

Primo autem ſeſe loco offerunt ſacra *Eleuſinia*, tanquam præcipua, & maxima veneratione digna, alias dicta Myſteria, vel Theſmophoria. inſtituta ſunt in honorem Cereris ac filiæ Proſerpinæ ab Athenienſibus inprimis, quibus ad ſignificandum gratum animum pro benevola receptione primis artem ſerendi, arandi, metendique fruges ab illa traditam fuiſſe, & in omnes terras dehinc diſperſam perhibent.

Obſervatio.

PAUSANIAS Eliacorum priore, cap. 10. *πολλὰ μὲν δὴ ϗ ἄλλα ἴδοι τὶς ἂν Ἕλλησι, τὰ δὲ ϗ ἀκοῦσαι θαύματος ἄξια. μάλιστα δὲ τοῖς Ἐλευσῖνι δρωμένοις, ϗ ἀγῶνι τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ μέτεστιν ἐκ θεοῦ φροντίδος.* „ Multa ſane habet Græcia, quæ vel ſpectentur, vel audiantur

cum

cum admiratione : ſed omnium accuratiſſime , divinitus religione imbutis animis , Eleuſinia initia & Olympici ludi celebrantur. „ item Phocicorum cap. 31. Οἱ ἀρχαιότεροι τῶν Ἑλλήνων τελετὴν τὴν Ἐλευσινίαν πάντων ὁπόσα ἐς εὐσέβειαν ἥκει , τοσούτῳ ἦγον ἐντιμοτέραν , ὅσῳ καὶ θεοὺς ἐπίπροσθεν ἡρώων. „ Veteres Græci initia Eleuſinia religione quanta non alta quævis ſacra ſanxerunt , tantoque ceteris initiis auguſtiora duxerunt , quanto dii heroibus præſtent. „ Ceres fingitur Saturni & Opis filia , ſororque Plutonis & Jovis : compreſſa à fratre Jove peperit *Proſerpinam.* hanc rapuit in terris Siculis Pluto , & ad inferos detulit. Ceres mater , intellecto filiæ raptu , per omnes terras vagari , accenſisque ab Ætna monte facibus quærere Proſerpinam inſtituit. hinc cum ad oppidum à principe ſuo Eleuſio Eleuſin vocatam veniret, hujusque filium Triptolemum , divino lacte diu nutritum , tandem edoceret frugum ſationem panisque confectionem , quo pro glandibus uti poſſent , in memoriam hujus beneficii feſta inſtituebant à loco dicta *Eleuſinia.* Translata deinceps ſunt ab Eumolpo Thráce (vid. PAUSAN. Atticorum cap. 38.) Athenas , tanquam in locum nobiliorem, ab Eleuſi , quæ urbs numerabatur ἐν τοῖς δήμοις, *in pagis* ſeu *curiis Atticis*, teſte STRABONE lib. IX. pag. 395. & JACOBO SPONIO de Pagis Att. pag. 16. Quid ſibi velit hæc fabula , multi dudum docuerunt. Dicit nimirum

Ceres vim illam productricem terræ, cujus beneficio ſemina creſcunt & in ſpicas erumpunt, vel ſemen ipſum, forte à Geres, quod Moſi eſt ſpica virens, uti annotat VOSSIUS libro VII. Theologiæ Gentilis cap. 4. p. m. 322. Proſerpina vero radicem herbarum, quæ clam per humum ſerpat, natam ex Jove, h. e. ætherea benignitate, atque Cerere, h. e. ſemine, quorum alterutro deficiente fruſtra proventus frugum expectatur, COMES NATALIS lib. V. cap. 14. Quæ porro dicuntur de raptu Proſerpinæ, indicant forſan inuſitatam quandam annonæ penuriam, ſiculos prementem, quum cœli vitio & inclementia per tempus bene longum ſementis ita corrumperetur, ut pene exſtincta fuerint frumenti ſemina. Alia quadam ratione fabulam hanc explicare aggreditur JULIUS FIRMICUS in libro, quem ſcripſit ad *Conſtantinum* & *Conſtantem*, Auguſtos, de errore profanarum religionum, *hiſtorice* ſcilicet, non uti nos ſolebamus, *phyſice.* Dicit, „Proſerpinam Cereris, Hennenſis mulieris filiam, quum illa à pluribus ad conjugale conſortium fuiſſet expetita, à matre vero curioſius in virtutes procorum inquirente per tempus nimis longum impedita, à Plutone, divite quodam ruſtico raptam, qui, propter nimium cupiditatis ardorem, moram dilationis ferre non poterat. quo facto, ubi mater armatam manum contra raptorem educere tentaſſet, illum ex deſperatione quadrigam ad Percum,

la-

lacum profundis voraginibus conſtantem, torſiſſe, eumque puella ſubmerſum miſerandæ matri de morte filiæ funeſtum ſpectaculum præbuiſſe : Hannenſes autem, ut poſſent maternis luctibus ex aliqua parte invenire ſolatium, ab inferorum rege virginem raptam finxiſſe. &c. *Myſteria*, μυστήρια, vocantur hæc ſacra κατ᾽ ἐξοχὴν, quia nullo magis quam ſilentio ſolemnia, uti ex JUSTINO diximus ad HERODIANUM noſtrum libr. III. 8. 17. num. 40. SUIDAS in Lexico: Μυστήρια τελεῖαι. Μυστήρια ἐκλήθησαν παρὰ τὸ τοὺς ἀκούοντας μύειν τὸ στόμα, καὶ μηδενὶ ταῦτα ἐξηγεῖσθαι. Μύειν δὲ ἐστὶ τὸ κλείειν. At *Theſmophoria*, Θεσμοφόρια, à latis legibus ; quoniam, invento frumenti uſu, homines, qui prius nullis legibus parebant, glandibusque communi cibo veſcebantur, leges rogarunt, quibus ſua pars terræ cuique fuit aſſignata. vid. DIODOR. SICULUS lib. V. Bibl. Hiſt. cap. 5. OVIDIUS lib. V. Metamorphoſeos:

„Prima Ceres unco glebam dimovit aratro;
Prima dedit fruges alimentaque mitia terris;
Prima dedit leges. Cereris ſunt omnia munus. „

De Athenienſibus, ceu frugum repertoribus, legendus ISOCRATES in Panegyrico, quem in hac materia citavimus ſupra in Hiſtoriæ cap. II. Obſerv. ad §. III.

§. IV.

Proſerpinæ ſacra tradebantur menſe Antheſterione, & *minora* vocabantur, erantque ὥσπερ προκάθαρσις καὶ προάγνευσις τῶν μεγάλων, veluti purgatio & ſanctificatio ad magna, quæ menſe Bœdromione in honorem Cereris peragebantur. Sæpius hæc à Sacerdotibus dilata ſunt in annum alterum tertiumque, interdum etiam in quintum, ſi myſtas (ita enim vocabant minoribus ſacris initiatos) non ſatis eſſe præparatos cenſebant.

Obſervatio.

PLUTARCHUS in Demetrio: Ἀλλὰ τὰ μικρὰ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος ἐτελοῦντο, τὰ δὲ μεγάλα τοῦ Βοηδρομιῶνος. Ἐπώπτευον δὲ τοὐλάχιστον ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλιπόντες. „Verum peragebantur parva menſe Antheſterione: magna Boëdromione. Recondita inſpiciebant interjecto à magnis, ut minimum, anno.„ Menſium nomina in ordine hæc ſunt: Ἑκατομβαιὼν, quod multæ tum Hecatombæ immolabantur, *Junius*: Μεταγειτνιὼν, ab Apollinis Metagitnii ſacrificio ſic dictus, *Julius*: Βοηδρομιὼν, à feſto Βοηδρομία, *Auguſtus*: Μαιμακτηριὼν, à Jove Mæmacte, h. e.

h. e. turbulento, *September*: Πυανεψιὼν, à feſto Apollinis, quod dicebatur Πυανέψια, *Octobér*: Ἀνθεστηριὼν, quod pleraque, quæ ex terra proveniunt, tunc florent, *November*, ſecundum alios, *Martius*: Ποσειδεὼν, Neptuno ſacer, *December*: Γαμηλιὼν, à nuptiarum celebratione, *Januarius*: Ἐλαφηβολιὼν, à cervorum immolatione in honorem Dianæ, *Februarius*: Μουνυχιὼν, Dianæ Munychiæ ſacer, *Martius*: Θαργηλιὼν, ἀπὸ τῶν Θαργηλίων, feſto Apollinis & Dianæ, *Aprilis*: Σκιῤῥοφοριὼν, à Minerva Scirade, *Majus*. Ita Athenienſes, qui à ſolſtitio æſtivo, quod apud nos in medium fere *Junium* incidit, annum incoabant, *ad Lunæ curſum* calculum temporis ſubducentes, ut Romani *ad curſum ſolarem*. v. Grammatici, ut CRUSIUS in Gramm. majore & minore. JOSEPHUS SCALIGER, qui dilationem hanc ſacrorum majorum animadvertebat, ponit ea in annum quintum, ita ut quatuor annos myſtæ dicerentur, donec inſpicere ipſa ſacra liceret. vid. Caſtigationes in TIBULLI lib. III. pag. 169. contra quem militat in eadem quæſtione BULLIALDUS Notis in THEONIS *Smyrnæi* lib. I. c. 1.

§. V.

Tota ſolemnitas quinque abſolvebatur partibus: καθαρμῷ, prævia purgatione, cum nefas eſſet τὴν Ἐλευσῖνα ἀνοῖ-

ἀνοῖξαι ἀνθρώπῳ μὴ καθαρῷ, uti legimus apud PHILOSTRATUM lib. IV. c. 6. dein τελετῆς παραδόσει, ſacrorum traditione: poſt ἐποπτεία, inſpectione: quarto ἀναδέσει κ̀ στεμμάτων ἐπιθέσει, capitis religatione, coronarum impoſitione, ut & δᾳδουχία, facium geſtatione, qua ſignificabatur eſſe jam aliquem ſacerdotem, ac habere poteſtatem aliis ſacra tradendi: denique εὐδαιμονία, fruitione ſperatæ felicitatis, qua initiatus Deo carus, ejusque familiari gaudere conſortio credebatur.

Obſervatio.

Ita VOSSIUS lib. IX. c. 39. ex cit. TEONE *Smyrnæo.*

§. VI.

Ante omnia initiatis imponebatur ſilentium ſub pœna capitis ſecundum legem, cujus meminit SOPATER in diviſione quæſtionis: Τὸν ἐξειπόντα τὰ μυστήρια τεθνάναι. „Qui myſteria vulgaverit, capite luat.„ Hinc eſt, quod pauca de iis ſcripto conſignarentur, plurimaque intra ſacros clauderentur pa-

parietes, nec in vulgus prodirent. Conſtat tamen, admodum ſpurca fuiſſe ſacra, & obſcœna multa de vario concubitu Cereris tractantia. Mulieres, quæ deæ initiatæ perpetuam pudicitiam promittebant, HESYCHIUS μελίσσας appellat: omnes vero, qui longa præparatione probati ad ſacra ipſa inſpicienda intromittebantur, ἐπόπτας ϗ ἐφόρους. Ceſſabant interim judicia forenſia, neque cuiquam manum injicere, aut libellum ſupplicem offerre licitum erat, uti teſtatur ANDOCIDES ἐν τῷ περὶ μυστηρίων.

Obſervatio.

Seribit hinc PAUSANIAS in Atticis cap. 38. ſe ſomnio ſcribere prohibitum τὰ ἐντὸς τοῦ τείχους τοῦ ἱεροῦ, quoniam τοῖς οὐ τελεσθεῖσιν ὅπως ὧν θέας εἴργονται, δῆλα δήπου μηδὲ πυθέσθαι μετεῖναι σφίσιν, „ iis, qui initiati non fuerint, non tantum eorum aſpectu interdictum eſt, verum etiam ne percontari quidem aut audire fas quicquam eſt. „ Novimus ita *Æſchylum* poëtam, quod nonnulla de myſteriis in Tragœdia evulgaſſe credebatur, in vitæ diſcrimen veniſſe. vid. CLEMENS *Alexand.* lib. II. Strom. f. 387. itemque *Alcibiadem* apud PLUTARCHUM: *Diagoram* ve-

ro *Melium* eandem ob cauſam, quod arcana divulgaſſet, plebique extenuaſſet, proſcriptum fuiſſe ab Athenienſibus, ac propoſitum talentum unum illi, qui eum interfeciſſet, duo, qui vivum adduxiſſet. SUIDAS ex interprete *Ariſtophanis* ad Aves: Ἐκηρύχθη δὲ τοῦτο διὰ τὸ ἀσεβὲς αὐτοῦ, ἐπεὶ τὰ μυστήρια πᾶσι διηγεῖτο, κοινοποιῶν αὐτὰ καὶ μικρὰ ποιῶν, καὶ τοὺς βουλομένους μυεῖσθαι, ἀποτρέπων. *Idem* in proverbium abiiſſe dicit: Διαγόρας ὁ μήλιος· ἐπὶ τῶν ἀθέων, καὶ ἀπίστων, καὶ ἀσεβῶν. οὗτος δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν Μήλου ᾤκει ἐν Ἀθήναις. Τὰ δὲ μυστήρια οὕτως ηὐτέλιζεν, ὡς πολλοὺς ἐκτρέπειν τῆς ἀρετῆς. „ Diagoras Melius de Atheis, & perfidis, & impiis dicitur. hic autem poſt captam Melum Athenis habitavit. Et myſteria adeo contemnebat, ut multos à virtute averteret. „ conf. ERASMUS Cent. IV. Chil. III. Adag. 72. CICERO de Legibus II. His, inquit, ſacris qui initiati erant, ad vitam meliorem virtutemque quaſi ſacramento videbantur obſtricti eſſe. „

§. VII.

Panathenæa, quæ ſecundo loco memoramus, erat feſtum Minervæ apud Athenienſes maximum, idque duplex; aliud *majus*, quod ſingulis luſtris, h. e. quinto quoque anno celebra-

brabatur : aliud *minus*, quod ſingulis annis. Inſtitutum fuit Theſei, qui duodecim urbes contraxit in unam, vid. *Hiſtor. Græciæ* cap. II. §. II. & ita peractum, ut in eo ſpectandum proponeretur certamen equeſtre, gymnicumque ac muſicum. Certabatur in primis lampade, in quo certamine ſtudebant, ne accenſæ faces extinguerentur : Pueri armati ſaltabant, PHAVORINO teſte, ac ſingulæ Athenienſium coloniæ bovem ad ſacrificia mittebant, ita ut omnes, ob carnium copiam, ultra ſatietatem comederent. Victoribus præmii loco corona non ſolum dabatur oleaginea, ſed & de ſacro ipſo oleo ex oleis, quæ *μορίαι* dictæ juxta Academiam erant. illud deinde, quod aliis non licebat, illis tamen liberum erat Athenis exportare ſecundum *Pindari* SCHOLIAST. in Nemeis Od. X.

Obſervatio.

SUIDAS in Lex. Παναθήναια ἀθήνησιν ἑορτὴ ἐπὶ τῷ ὑπὸ Θησέως γινομένῃ συνοικισμῷ, πρῶτον ὑπὸ Ἐριχθονίου, τοῦ Ἡφαίστου καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ὕστερον δὲ ὑπὸ Θησέως συναγαγόντος τοὺς δήμους εἰς ἄστυ. ἤγετο δὲ ὁ ἀγὼν διὰ πέντε ἐτῶν. „ Panathe-

thenæa, feſtum Athenis celebrari ſolitum, ob urbis à Theſeo conjunctionem, quam in unam & eandem urbem municipes coëgit. primum quidem inſtitutum fuit ab Erichthonio, Vulcani & Minervæ filio, poſtea vero à Theſeo, qui municipes in eandem Athenarum urbem coëgit. Certamen autem horum ludorum quinto quoque anno celebratur.,, Intelligit *majora* Panathenæa: de *minoribus* in ſeqq. Διττὰ Παναθήναια ἤγετο Ἀθήνῃ. Τὰ μὲν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, τὰ δὲ πενταετηρίδος. Si quis itaque aliorum nominum feſta, quæ Theſeo tribuuntur, Μετοίκια, Συνοίκια, vel Ξυνοίκια, & Παναθήναια pro uno feſto habere, ſeu peculiares facere unius feſti partes velit, non adverſabor. Ita certe PLUTARCHUS de Theſeo: Τὸ ἄστυ τήν τε πόλιν Ἀθήνας προσηγόρευσε, καὶ Παναθήναια θυσίαν ἐποίησε κοινήν. ἔθυσε δὲ καὶ Μετοίκια τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Ἑκατομβαιῶνος, ἣν ἔτι νῦν θύουσι. ,,Et urbem Athenas Aſtu appellavit, & Panathenæa commune ſacrum fecit. Et ſacra quoque fecit Metœcia dicta, ſeu tu Migratoria dicas, menſis Hecatombæonis die decimo & ſexto: quo nunc quoque etiam ſacra faciunt.,, & luculentius adhuc THUCYDIDES lib. II. p. 94. ſect. ιέ. Ἐπὶ Κέκροπος, καὶ τῶν πρώτων βασιλέων, ἡ Ἀττικὴ ἐς Θησέα ἀεὶ κατὰ πόλεις ᾠκεῖτο, πρυτανεῖά τε ἔχουσα, καὶ ἄρχοντας. καὶ ὁπότε μή τι δείσειαν, οὐ ξυνῄεσαν βουλευσόμενοι, ὡς τὸν βασιλέα, ἀλλ' αὐτοὶ ἕκαστοι ἐπολιτεύοντο, καὶ ἐβουλεύοντο. καί τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐ-

τῶν,

πων, ὥσπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ' Εὐμόλπου πρὸς Ἐρεχθέα. ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε, γενόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ δυνατὸς, τά τε ἄλλα διεκόσμησε τὴν χώραν, καὶ, καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια, καὶ τὰς ἀρχὰς, ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν, ἓν βουλευτήριον ἀποδείξας, καὶ πρυτανεῖον, ξυνῴκισε πάντας· καὶ νεμομένους τὰ αὐτῶν ἑκάστους, ἅπερ καὶ πρὸ τοῦ, ἠνάγκασε μιᾷ πόλει ταύτῃ χρῆσθαι. ἡ, ἁπάντων ἤδη ξυντελούντων ἐς αὐτὴν, μεγάλη γενομένη, παρεδόθη ὑπὸ Θησέως τοῖς ἔπειτα. καὶ ξυνοίκια ἐξ ἐκείνου Ἀθηναῖοι ἔτι καὶ νῦν τῇ θεῷ ἑορτὴν δημοτελῆ ποιοῦσι. „ Sub Cecrope, ac primis regibus, Attica ad Theſeum usque oppidatim habitabatur, prytanea habens, & magiſtratus: neque homines, ſiquidem timerent nihil, conſilia cum rege communicaturi conveniebant, ſed remp. ipſi ſuam ſinguli adminiſtrabant, & conſilia capiebanr. Quin & aliqui eorum bellum quandoque gerebant. ſicuti & Eleuſinii cum Eumolpo adverſum Erechtheum. Theſeus vero, regnum nactus, vir ut ſolers ita potens, cum in aliis regionem hanc excoluit, tum, abolitis cæterorum oppidorum curiis, & magiſtratibus, conſtituta in ea, quæ nunc eſt, urbe una curia, ac prytaneo, cohabitare omnes juſſit; coëgitque univerſos, ſua quemque, ſicut pridem, poſſidentes, una iſta urbe uti: eamque, ingentem jam effectam, cunctis illic ordinatis, ſucceſſoribus ſuis tradidit. Et ex eo Athenienſes feſtum publicum, quod Xynœcia, ſeu Contubernalia

nalia dicas, appellabant, celebrarunt.,, conf. JOANNIS MEURSII *Theſeus* cap. 17. qui & ſingularem librum de *Panathenæis*, gemino Athenienſium feſto, ſcripſit, ed. Lugd. Bat. 1619. 4. Certamen illud cum accenſis facibus Λαμπαδηφορία dicebatur, quod explicat COMES NATALIS in Prometheo, lib. IV. cap. 6. p. m. 328. PHAVORINI verba, quæ leguntur etiam in Argumento HIERONYMI WOLFII ad *Iſocratis Panathenaicum*, hæc ſunt: Παναθήναια - ἐν οἷς ὠρχοῦντο οἱ παῖδες ἐν ὅπλοις - ἐπεὶ οὖν ἐν τοῖς παναθηναίοις πᾶσαι αἱ ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν ἀποικισθεῖσαι πόλεις βοῦν τυθησόμενον ἔπεμπον, συνέβαινεν ἄδειαν εἶναι τῶν κρεῶν, ὥστε πληροῦσθαι πάντας, καὶ παρὰ τὸ δέον ἐσθίοντας, διὰ τὴν ἀφθονίαν τῶν κρεῶν. Alias obtinuit iſtiusmodi armatus modulus apud *Lacones*, quem *Pyrrhicham* appellabant, & quem pueri à quinto ſtatim anno ſaltare diſcebant. ATHENÆUS lib. XIV. Παρὰ μόνοις δὲ Λακεδαιμονίοις διαμένει προγύμνασμα οὖσα (ἡ Πυῤῥίχη) τοῦ πολέμου. ἐκμανθάνουσί τε πάντες ἐν τῇ Σπάρτῃ ἀπὸ πέντε ἐτῶν πυῤῥιχίζειν. Originem ſalationis Minervæ adſcribebant; hinc usque ejus quoque in Panathenæis. conf. cit. JO. MEURSIUS in Miſcellaneis Laconicis lib. II. cap. 12. diximus & nos aliqua ad HERODIANI lib. IV. 2. 19. num. 57. Coronam Oleagineam nominat PLINIUS H. N. lib. XV. c. 4. Oleum ipſum SUIDAS ex *Scholiaſte Ariſtophanis*: Μορίαι ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ἐξ ὧν τὸ ἔλαιον ἔπα-

ἔπαθλον ἐδίδοτο τοῖς νικῶσι τὰ παναθήναια. Ἦσαν δὲ πρῶτον ιβʹ τὸν ἀριθμόν, αἱ μεταφυτευθεῖσαι ἐκ τῆς ἀκροπόλεως εἰς Ἀκαδημίαν. „Moriæ fuerunt oleæ ſacræ Minervæ, ex quibus oleum expreſſum dabatur præmium illis, qui Panathenæa viciſſent. Olim autem fuerunt numero XII. quæ ex arce in Academiam translatæ, ac ibi plantatæ fuerunt.„ Fuit nempe oleum Minervæ ſacrum, vid. Hiſtor. Græciæ cap. II. obſerv. ad §. III. tanquam pacis ac tranquillitatis ſymbolum, ut ait VOSSIUS lib. V. cap. 48. pag. 182.

§. VIII.

Ante Theſeum quidem eadem obtinuit celebritas ab Erichthonio, uti fertur, inſtituta: differebat tamen nomine, ſplendore & fine. *Athenæa* prius vocabantur, deſumta appellatione ab ipſo Urbis nomine, quam Amphictyon, anteceſſor Erichthonii, in honorem Minervæ Athenas vocabat: hæc *Panathenæa*, quod ab omni populo, multo majore cum apparatu ac pompa, in memoriam univerſi ad unam civitatem confluxus agitabatur.

Obſervatio.

Conf. Hiſtor. Græciæ cap. II. obſerv. ad §. III.

§. III. & hujus cap. obſerv. antecedens. HARPOCRATION in ſuo Lexico: Παναθήναια. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς, διττὰ παναθήναια ἤγετο Ἀθήνησι, τὰ μὲν καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν, τὰ δὲ διὰ πεντεετηρίδος, ἅπερ καὶ μεγάλα ἐκάλουν. Ἰσοκράτης Παναθηναϊκῷ φησι, μικρὸν δὲ πρὸ τῶν μεγάλως παναθηναίων. Ἤγαγε δὲ τὴν ἑορτὴν ὁ Ἐριχθόνιος ὁ Ἡφαίστου, καθάφησιν Ἑλλανικός τε, καὶ Ἀνδροτίων, ἑκάτερος ἐν πρώτῃ Ἀτθίδος, πρὸ τούτου δὲ Ἀθήναια ἐκαλεῖτο, ὡς δεδήλωκεν Ἴστρος ἐν τρίτῃ τῶν Ἀττικῶν. it. PAUSANIAS Arcadicorum cap. 2. Οὐχὶ ἔτι δὲ τὰ παρ᾽ Ἀθηναίοις Παναθήναια τεθῆναι πρότερα ἀποφαίνομαι. τούτῳ γὰρ τῷ ἀγῶνι Ἀθήναια ὄνομα ἦν, Παναθήναια δὲ κληθῆναί φασιν ἐπὶ Θησέως, ὅτι ὑπὸ Ἀθηναίων ἐτέθη συνειλεγμένων εἰς μίαν ἀπάντων πόλιν. Facile, ut credam, adducor, nondum apud Athenienſes Panathenæa celebrari cœpta: ſiquidem quum antea ludi iſti *Athenæa* dicerentur, auctore vero Theſeo Athenienſis populus, qui ante diſperſus vicatim habitabat, in unam fuiſſet civitatem, atque intra una mœnia congregatus, apparatius facti, (ab Athenienſium communione) Panathenæa inſequentibus dehinc temporibus nuncupata. Apud Latinos huic feſto reſpondent *Quinquatria*, de quibus legatur OVIDIUS lib. III. Faſtorum.

§. IX.

Minerva autem, ſeu Pallas, cui po-

potiſſimum ſacrabant Athenienſes, fingebatur armata è cerebro Jovis nata apud amnem Tritonem, ſemper Virgo, ac Dea & Præſes Sapientiæ, atque hinc credita omnium inventorum artiumque auctrix, inprimis oleæ, ad omnes artes applicabilis, ità ut nulla fere ſit, quæ non ejus utatur beneficio, aut aliqua ex parte adjuvetur. Intelligunt autem fabula hac veteres Naturæ cultores *mentem divinam* ſeſe extendentem per univerſam naturam, à qua mente proficiſcatur, quicquid in Univerſo appareat præſtantiæ, artis & ſapientiæ. Cum vero Sapientiæ ſedes ſit Caput, animusque ſapientis ad omnes fortunæ eventus, vel conſilio, vel patientia ſuperandos, nunquam inermis, haud inſulſa ingenioſorum hominum fictio debet videri, qui Deam repræſentabant ut armatam, ut Jovis è cerebro natam.

Obſervatio.

Conf. COMES NATALIS lib. IV. cap. 5. de Pallade. innuit hoc etiam nomen. Veteres pronuntiarunt, Menervam, à μένος, *animi vis*: Græci Ἀθηνᾶ, Dorice Ἀθανᾶ, ſci-

licet à חנוך, quod Hebræis donavit, Chaldæis docuit, narravit. vid. VOSSIUS lib. VIII. cap. 12. AUGUSTINUS lib. XV. contra *Fauſtum* cap. 9. Minervam, quæ de Jovis capite nata ſit, *Prudentiam conſiliorum* interpretantur, quæ rationis eſt propria, cui ſedem capitis etiam *Plato* dedit. Quod veteres in Natura principium primum omnium rerum atque effectuum quæſiverint, colligi quoque poteſt ex dictis Partis I. cap. I. obſerv. ad §. IV. Sapientiores hinc unum tantum Deum adducebantur ut crederent; reliquos, quos vulgus pro diis diverſis habebant, exiſtimabant eſſe animæ mundanæ ſectiones, & virtutis illius divinæ effluvia, in qua ſententia fuit etiam VIRGILIUS, Georg. IV. v. 221. ſeqq.

„Deum namque ire per omnes
Terrasque tractusque maris, cœlumque profundum:
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.„

ad quæ SERVIUS: Quatuor ſunt elementa, terra, aqua, aër, æther. & Deus. Præter hæc nihil eſt aliud. Deus eſt ſpiritus divinus, qui per quatuor infuſus elementa gignit univerſa. Igitur ſi de elementis & Deo naſcuntur omnia, unam originem habent: & par eſt natura omnium. Ab elementis habemus cor-

corpus : à Deo animum. Ideo , quod eſt in corpore , terra, humor , anhelitus , calor, videtur , ſicut etiam elementa : animus inviſibilis eſt , ſicut etiam Deus. Illa præterea irrationabilia ſunt , ſicut corpus. Contra Deus habet conſilium : ſic etiam animus. Deinde elementa mutantur , quod eſt eorum proprium, ſicut etiam corpus. Contra Deum non perire manifeſtum eſt. Ergo nec animus perit, qui inde originem ducit. nam pars ſemper ſequitur genus. conf. VOSSIUS lib. VII. cap. 5. de cujus tamen conjectura quid ſtatuendum ſit neſcio. Dicit lib. VIII. c. 12. „cum apud Romanos Minerva inter deos magnos cum Jove & Junone ſit culta in templo plo montis Capitolini , & vero , MACROBIO teſte , tria hæc numina accepta à Trojanis è Phrygia advenientibus , antea Samothracum fuerint ac Cabirorum , credendum omnino , opinionem hanc de tribus diis Samothracibus eſſe reliquias depravatas paullatim ex traditione vetuſtiſſima à Noacho, Dei amico , accepta , de Deo Patre , Filio, & Spiritu Sancto , ita , ut Jupiter ſit Deus pater, Deitatis fons & principium , ac propterea (modo genuina pronuntiatio , quam præferunt puncta Maſorethica) Jova nuncupatus : Minerva , filia Jovis , videatur ſignificare τὸν λόγον : Juno autem Spiritum Sanctum , quod fuerit Amor ac delicium Jovis. Ne vero ob ſexus diſcrimen fiat dubitatio, addit ſtudio, Sapientiores gentium non agno-

viſſe in Diis ſexum : (quod etiam patet ex ORPHEI ſeu ONOMACRITI hymno in Minervam , ubi de Minerva :

Ἄρσην μὲν καὶ θῆλυς ἔφυς , πολεματόκε μῆτι.
„ Vir genite , & mulier , genitrix prudentia belli. „

& , quod de Minerva dicatur , valde firmare de Λόγῳ , tum quod is ſit Sapientia Dei, & Minerva ſimiliter Sapientiæ præſes : tum quod Jupiter dicatur non ex Junone ſua , ſed ſingulari ratione , è cerebro videlicet τὸν Λόγον genuiſſe. „

§. X.

Sed , ne juſto diutius huic inhæreamus materiæ , adfero POLLUCIS locum , ubi præcipua Græcorum feſta recenſentur. ita ille lib. I. Onomaſt. cap. 1. num. 32. Μουσῶν , μουσεῖα. Ἑρμοῦ, ἕρμαια. Διὸς , διάσια καὶ πάνδια. Ἀθηνᾶς , παναθήναια. Ἥρας , ἥραια. Δήμητρος , δημήτρεια , καὶ θεσμοφόρια καὶ ἐλευσίνια. Κόρης παρὰ Σικελιώταις , θεογάμια , καὶ ἀνθεσφόρια. Ἀρτέμιδος , ἀρτεμίσια καὶ ἐφέσια. Κρόνου , κρόνια. Ἀσκληπιοῦ , ἀσκληπίεια καὶ ἀσκλήπια. Ἀπόλλωνος , δήλια. Ἑκάτης , ἑκατήσια. Τροφωνίου, τροφώνια. Διοσκούρων Ἀθήνησιν ἀνάκεια. Συντάττοιντο δ᾽ ἂν τούτοις καὶ αἱ τῆς περιόδου καὶ τῶν ἀγώνων κλήσεις , Ὀλύμπια , καὶ τὰ λοιπά. „ Mu-

„Muſarum feſta, Muſæa. Mercurii Mercurialia. Jovis, Jovialia & Pandia. Minervæ, Panathenæa. Junonis, Junonia. Cereris, Cerealia, Theſmophoria & Eleuſinia. Proſerpinæ vero apud Siculos, Theogamia & Floralia. Dianæ, Artemiſia & Epheſia. Saturni, Saturnalia. Æſculapii, Æſculapeja. Apollinis, Delia. Hecates, Hecateſia. Trophonii, Trophonia. Caſtoris & Pollucis apud Athenienſes, Anaceia. His etiam pomparum ſolemnium & certaminum appellationes potuerunt conjungi, ut Olympia & reliqua.„

Obſervatio.

Muſæ, amicæ Minervæ, Jovis & Mnemoſynes filiæ credebantur, quod non ſine lepore explicat VOSSIUS lib. VIII. cap. 12. ex *Proclo Diadocho*, qui, *Heſiodum* enarrans, eum, qui ſtudiis vacare velit, judicat debere eſſe νοητικὸν *intelligendi ac percipiendi vi præditum*, debere item eſſe μνημονευτικὸν, *ejusmodi, ut retineat, quæ didicit.* Cenſet itaque VOSSIUS cauſam hanc eſſe, cur *Muſæ* dicantur filiæ *Jovis*, qui præſit τῷ νοητικῷ, & *Mnemoſynes*, quæ præſit τῷ μνημονευτικῷ. Colebantur inprimis apud Theſpienſes in Bœotia, de quibus PAUSANIAS Bœoticorum c.

 31.

31. ἑορτήν τε ἐνταῦθα οἱ Θεσπιεῖς ϗ ἀγῶνα ἄγουσι Μουσεῖα. „Theſpienſes dies feſtos agitant, & ludos muſarum, quæ Muſæa vocant:„ ſed primum numero tantum tres, Μελέτην, ϗ Μνήμην, ϛ Ἀοιδὴν, Idem cap. 29. forte quia ante meditandum, dein, quod meditati ſumus, memoriæ inſcribendum, poſtremo autem voce, aut cithara, vel aliter canendum, conf. STRABO lib. X. pag. 468. at poſtea novem ex inſtituto *Pieri* Macedonis, PAUS. loco cit. ſeu, ut alii, ſtatuarii cujusdam, qui juſſus tria trium Muſarum ſimulacra facere, ter tria fecerit. vid. GEOFREDI LINOCERII Mythologia Muſarum, adjecta *Comiti Natali* pag. 1152. it VOSSIUS loco cit.

Mercurius, Ἑρμῆς, inter deos ἐνοδίους, *viales*, facile princeps, cui ſacer fuit dies Lunæ quartus: per eum venerabatur antiquitas hominem ſingulari ingenio & ſapientia pollentem, qui ſuis inventis vitam multo commodiorem effecerit: inde eſt, quod nos dicimus in homines craſſos, ac quorum ingenia abhorrent à cultura & diſciplinarum tractatione: οὐκ ἐκ παντὸς ξύλου Ἑρμῆς ἂν γένοιτο. *Jupiter*, pater hominum creditus ac deorum rex, & ſub cujus nomine cum apud Græcos, tum Romanos naturæ cultum intelligi recte monet VOSSIUS lib. VII. cap. 4. variis apud gentes nominibus atque ſacris celebrabatur.

Διάσια videtur feſtum fuiſſe Jovi Μειλιχίῳ,

χίῳ, h. e. *Manſueto*, dicatum ob nonnullas calamitates, quas ejus beneficio Athenienſes evaſerant. Apud Argivos ſimulacrum ejus fuit λίθου λευκοῦ, *è candido marmore*, cujus dedicationis rationem affert PAUSANIAS Corinthiacorum 20. *Juno*, ſoror & uxor Jovis in Naturæ cultu aërem denotat, ut Jupiter ætherem, quod & Græca vox indicat Ἥρα, per μετάθεσιν literarum, Ἀήρ. Colebatur paſſim plurimis in locis, ſed religione ſingulari ap. Spartanos, Mycenæos atque Argivos, ſec. POETAM, Iliad. δ. v. 50.

Τὸν δ᾽ ἠμείβετ᾽ ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη,
Ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες
Ἄργος τε, Σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη.

„At Juno contra ſic eſt exorſa viciſſim:
Sunt mihi tres urbes dilectæ, Sparta, Mycenæ
Atque Argos, quæ ſacra ferunt mihi tempore in omni.„

itemque Eleos, qui quinto quoque anno ludos (vocabantur à Junonis nomine *Junonia*) in ejus memoriam ac honorem celebrabant, quos tangit JULIUS POLLUX, & ita deſcribit PAUSANIAS El. cap. 16. poſtquam pauca de Junonis templo præmiſit: Διὰ πέμπτου δὲ ὑφαίνουσιν ἔτους τῇ Ἥρᾳ πέπλον αἱ ἓξ καὶ δέκα γυναῖκες· αἱ δὲ αὐταὶ τιθέασι καὶ ἀγῶνα Ἡραῖα. ὁ δὲ ἀγών ἐστιν ἅμιλλα δρόμου παρθένοις, οὔτοι πω πάσαις ἡλικίας τῆς αὐτῆς· ἀλλὰ πρῶται

μὲν αἱ νεώτεραι, μετὰ ταύτας δὲ αἱ τῇ ἡλικίᾳ δεύτεραι, τελευταῖαι δὲ θέουσιν ὅσαι πρεσβύταται τῶν παρθένων εἰσί. Θέουσι δὲ οὕτω· καθεῖταί σφισιν ἡ κόμη, χιτὼν ὀλίγον ὑπὲρ γόνατος καθήκει, τὸν ὦμον ἄχρι τοῦ στήθους φαίνουσι τὸν δεξιόν. ἀποδεδεγμένον μὲν δὴ ἐς τὸν ἀγῶνά ἐστι καὶ ταύταις τὸ Ὀλυμπικὸν στάδιον, ἀφαιροῦσι δὲ αὐταῖς ἐς τὸν δρόμον τοῦ σταδίου τὸ ἕκτον μάλιστα. ταῖς τε νικώσαις ἐλαίας διδόασι στεφάνους, καὶ βοὸς μοῖραν τεθυμένης τῇ Ἥρᾳ. καὶ δὴ ἀναθεῖναί σφισιν ἐστὶ γραψαμέναις εἰκόνας. εἰσὶ δὲ καὶ διακονούμεναι ταῖς ἑκκαίδεκα κατὰ ταὐτὰ ταῖς ἀγωνοθετούσαις γυναῖκες. &c. „ Ac Junoni ſane quinto quoque anno peplum matronæ ſedecim pertexunt, eædemque ludos faciunt Junonia. in his curſus certamen virginibus proponitur, in claſſes ex ætate deſcriptis. Primæ enim currunt impuberes puellæ, tum grandiores, poſtremo natu maximæ. Ornatus idem eſt omnibus: paſſus capillus, demiſſa tunica ad genua, exertus usque ad pectus dexter humerus. Deſcendunt & ipſæ in Olympicum ſtadium; ſed curriculum parte fere ſexta detracta minuitur. Accipiunt victrices ex olea coronam, è bove etiam, qua Junoni litatum fuerit, partem capiunt. Et pictas quidem earum imagines dedicare fas eſt. Matronæ ſedecim ludis præſunt, totidem iis miniſtræ attributæ ſunt.„ &c. De *Proſerpina* ſatis dictum puto ſupra §. III. & ſeqq. Theogamia vero ſeu Antheſphoria vocat feſtum ejus, quoniam flores legentem Pluto rapuit ſibi-

ſibique conjugio ſociavit. CLAUDIANUS lib. II. de raptu Proſerpinæ, v. 137.

„Æſtuat ante alias avido fervore legendi
Frugiferæ ſpes una Deœ. nunc vimine textos
Ridentes calathos foliis agreſtibus implet:
Nunc ſociat flores, ſeſeque ignara coronat
Augurium fatale tori. &c.„

Siculis vero potiſſimum ſolet adſcribi fabula, ob inuſitatam frugum abundantiam, quas inſula illa tanto olim cum fœnore ſuppeditabat, ut cella penaria Reip. Romanæ diceretur. STRABO lib. VI. pag. 273. Τὴν δὲ τῆς χώρας ἀρετὴν θρυλλουμένην ὑπὸ πάντων, οὐδὲν χείρω τῆς Ἰταλίας ἀποφαινομένων, τί δεῖ λέγειν; σίτῳ δὲ, καὶ μέλιτι, καὶ κρόκῳ, καὶ ἄλλοις τισὶ, κἂν ἀμείνω τὶς φαίη. πρόσεςι δὲ καὶ τὸ ἐγγύθεν· ὡσανεὶ γὰρ μέρος τὶ τῆς Ἰταλίας ἐςὶν ἡ νῆσος· καὶ ὑποχορηγεῖ τῇ Ῥώμῃ, καθάπερ ἐκ τῶν Ἰταλικῶν ἀγρῶν ἕκαςα εὐμαρῶς καὶ ἀταλαιπώρως. Καὶ δὴ καὶ καλοῦσιν αὐτὴν ταμεῖον τῆς Ῥώμης· κομίζεται γὰρ τὰ γιγνόμενα πάντα, πλὴν ὀλίγων τῶν αὐτόθι ἀναλισκομένων δεῦρο. ταῦτα δ' ἐςὶν οὐχ οἱ καρποὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ βοσκήματα, καὶ δέρματα, καὶ ἔρια, καὶ τὰ τοιαῦτα. „Porro Siciliæ præſtantiam ab omnibus prædicatam, qui eam non cedere Italiæ laudibus pronuntiant, quid attinet dicere? imo frumento, melle, croco, aliisque rebus quibusdam vel anteire eam Italiæ dixeris. Accedit propinquitas:

cum quaſi pars Italiæ ſit inſula, Romæque ſuppeditet omnia facile & absque magno labore; perinde atque Italici agri. Atque adeo penus Romæ appellatur Sicilia, quod omnes ejus proventus, demptis quæ ibi abſumuntur paucis, Romam comportantur: non fructus duntaxat, ſed & pecora, pelles, lanæ, aliaque id genus.,, *Diana* in naturæ cultu Lunam denotat: Græcis dicitur Ἄρτεμις, tanquam *cauſa ſanitatis*, cum Soli & Lunæ aëris temperandi poteſtas ſit conceſſa. STRABO lib. XIV. p. 635. Οὔλιον δ' Ἀπόλλωνα καλοῦσι τινὰ καὶ Μιλήσιοι, καὶ Δήλιοι, οἷον ὑγιαστικὸν καὶ παιωνικόν· τὸ γὰρ οὔλειν, ὑγιαίνειν· ἀφ' οὗ καὶ τὸ οὐλὴ, καὶ

Οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε. - -

Ἰατικὸς γὰρ ὁ Ἀπόλλων, καὶ ἡ Ἄρτεμις ἀπὸ τοῦ ἀρτεμέας ποιεῖν· καὶ ὁ Ἥλιος δὲ καὶ ἡ Σελήνη συνοικειοῦνται τούτοις, ὅτι τῆς περὶ τοὺς ἀέρας εὐκρασίας αἴτιοι· καὶ τὰ λοιμικὰ δὲ πάθη, καὶ τοὺς αὐτομάτους θανάτους τούτους ἀνάπτουσι τοῖς θεοῖς. ,,Apollinem Ulium quendam & Mileſii vocant & Delii, utpote ſalutiferum & medicum. Eſt enim ulein, ſanum eſſe. unde ule cicatrix, & ule pro ſalve. Etenim Apollo ſanator eſt. Et Diana Artemis dicitur, quod artemeas, id eſt integros incolumesque faciat. His Sol & Luna accommodantur, quia penes eos eſt poteſtas aëris temperandi. quin & peſtilentias & mortes ſponte accidentes iis imputant.,, In ſacris ejus memoratu digna viden-

videntur, quæ narrat PAUSANIAS Laconicorum cap. 16. Scilicet ob lites nonnullorum & factas cædes in ſacris Dianæ, oraculum fuiſſe acceptum, aram deæ humano ſanguine aſpergi oportere: poſtea vero, quum diu ſorte duceretur immolandus, Lycurgum ſacri ritum ad puberum plagas transtuliſſe, ut hoc etiam ritu nihilo fere minus ſanguine humano ara imbueretur. VOSSIUS lib. IX. cap. 8. in eadem narratione dicit, hanc διαμαςίγωσιν factam, ut inſtar ſacrificii foret; ſimul autem, ut prædurarentur adoleſcentes ad patientiam agonici certaminis. Cæterum ſupra jam dictum eſt cap. VI. obſerv. ad §. V. celeberrimum omnium templorum & auguſtiſſimum fuiſſe Epheſium Dianæ. ædificatum eſt totius Aſiæ ſtudio ducentis atque viginti annis, architecto Cherſiphrone: at incenſum ab *Heroſtrato*, viro Epheſio, hoc tantum fine, ut, cum ingenii præſtantia non poſſet, hac ratione ſibi perpetuitatem nominis compararet. Itaque decreto conſuluerant Epheſii, memoriam teterrimi hominis abolendam eſſe, graviſſimisque propoſitis ſuppliciis cavendum, ne quis in poſterum Heroſtratum nominaret. conf. STRABO lib. cit. pag. 640. & VALERIUS MAXIMUS lib. VIII. cap. 14. de cupiditate gloriæ, ad finem. Accidit incendium ea nocte, qua natus *Alexander M.* vid. PLUTARCHUS in Alexandri vita, CICERO de Natura deorum lib. II. c. 27. De *Saturno* & *Saturnalibus* legendus MA-

CROBIUS, inprimis lib. I. cap. 7. hic ſufficiet ex eodem proferre in medium verſus L. ACCII in annalibus, quibus apparet originem hujus feſti, multo ante Romam conditam, ap. Græcos quærendam eſſe:

„Maxima pars Grajum Saturno & maxime Athenæ
Conficiunt ſacra, quæ Cronia eſſe iterantur ab illis;
Eumque diem celebrant: per agros urbesque fere omnes
Exercent epulis læti: famuloſque procurant
Quisque ſuos: noſtrique itidem. & mos traditus illinc
Iſte, ut cum dominis famuli epulentur ibidem. „

GOROPIUS BECANUS lib. IV. Orig. Antwerp. quem *Cronia* inſcribit, primum Saturnalia ab ipſo Noacho tempore diluvii celebrata in arca fuiſſe, menſe diluvii decimo, eo die, quo primum juga montium ex aquis apparere cœperint: ac deinde ſingulis annis eum diem feſtum fuiſſe, pluribus contendit, uti teſtatur ROSINUS lib. IV. Antiquit. Rom. cap. 16. *Æſculapius*, Ἀσκληπιὸς, ſec. nonnullos, *παρὰ τὸ τὰ ἀσκελῆ τῶν νοσημάτων ἤπια ποιεῖν*, uti diximus ad HERODIANI lib. IV. 8. 8. not. 18. Apollinis, i. e. Solis, & nymphæ Coronidis filius, vid. COMES NATAL. lib. IV. cap. 11. per quem in naturæ cultu vis ſalubris de ſubſtantia Solis ſubveniens animis

mis corporibusque mortalium intelligitur, quemadmodum teſtatur MACROBIUS Saturnaliorum lib. I. c. 20. totam ejus hiſtoriam verbis non meis, ſed GEORGII GUALTHERI in animadverſionibus ad tabul. Siciliæ antiquas, pag. 1, 2. ſic habe, uti citat VOSSIUS lib. IX. cap. 32. „Ἤπιος, *mitis*, Aſclen Epi-„ dauri Tyrannum valetudini reſtituens, Ἀσκλή-„ πιος nuncupatus. Primis ſtatim ætatis ſpa-„ tiis Deus habitus, non factus. PAUSAN. in „ Corinth. hinc & à puero ex voto mederi, „ & defunctos exſuſcitare peritus, *ibid.* Apol-„ lo eum Chironi Phillyræ, & Saturni F. regi „ Pelii, Theſſaliæ, & Magneſiæ tradidit eru-„ diendum πολυπήμονας ἀνθρώποισιν ἰᾶσθαι νό-„ σους, multinocuos hominibus ſanare mor-„ bos. PINDAR. Od. 3. & eo profecit, ut „ idem ipſum ἥρωα παντοδαπῶν ἀλκτῆρα νόσων, „ heroëm quorumvis propulſatorem morbo-„ rum, laudarit, & plerique medicinarum „ demonſtratorem. ARN. l. 1. cont. gent. „ Aeſculapium medicinarum repertorem, poſt „ pœnas & ſupplicia fulminis, cuſtodem nun-„ cupaſtis & præſidem ſanitatis, valetudinis, „ & ſalutis. At HYGINUS partem modo ei di-„ viſit: Medicinam, ait, Chirurgicam Chi-„ ron excogitavit primus, Apollo ocularium, „ Aſclepius F. clinicen. Statuebatur cum pal-„ lio & crepidis, ritu Græco. Epidauri ejus „ ſimulacro nec aqua infunditur, nec oleum. „ PAUSANIÆ Græciam peragrando cauſam „ quærenti reſponderunt: id ſolium ad pu-„

„ teum

„teum factum. FEST. Eum tutatur Draco, „(hinc in lapide TORQUEM AUREUM EX „DRACUMCULIS datum vidi) canes adhi-„bentur ejus templo, quod is uberibus ca-„nis ſit nutritus (aut quod à cane Phruro „cuſtoditus capella lactante, PAUS.) bacil-„lum habet nodoſum, quod difficultatem „ſignificat artis, laurea coronatur, quod ea „arbor plurimorum ſit remediorum: huic „gallinæ immolantur, (at Socrates moritu-„rus Gallum vovit) ei de capra res divina „inprimis fiebat, quia capra nunquam ſine „febre eſſe dicitur. Feſti ipſi dies Epidauria „& Æſculapia, in lap. ΑΓΩΝ ΑΣΚΛΗΠΕΙΑ. „Epidauri tetraëterica ſeu pentaëterica, no-„vem dies poſt Iſthmia, præſide Æſculapii „genere, poſt primis Argivum, acta in lu-„co ei ſacro finibus ſepto, ubi feminis mo-„ri, & parere nefas. Antoninus demum „ædes ſtruxit, ubi id licebat. PAUSAN. „Templis eum Siculi honorarunt Syracuſis. „CIC. Unde Verres ſignum Pæanis ſacrum, „& religioſum ſuſtulit. ATHENÆUS lib. „III. Dionyſio ſeniori Hermacratis F. vitio „dedit, quod Syracuſis ante Æſculapium „cum eſſet aurea menſa poſita, merum Bo-„ni Dæmonis Deo præbibit, ac continuo „menſam amovit. Item barbam auream de-„mi juſſit, nec enim convenire barbatum eſ-„ſe filium, cum in omnibus fanis pater im-„berbis ſit. CIC. 3. Nat. Deor. Et Agrigenti, „ex quo Verres P. Scipionis monumentum, ſignum

ſignum Apollinis pulcerrimum tulit. CIC.„ Hoc victoribus Pœnis ablatum, Carthagine„ expugnata à Scipione Æmiliano reſtitutum„ erat. Auguror ex lapide, ædem & Æſcu-„ lapio non longe à Caltaſimi fuiſſe, ac citra„ dubium Meſſanæ, ubi ſtatua proſtitit. In„ nummis Selinontiorum ejusdem ara conſpi-„ citur, cum ſerpente, & gallo gallinaceo„ ſacrificante, ut placet HUB. GOLTZIO,„ Empedocle peſtis ibi exſtinctore, cum ex„ Selinonte & Hypſa amnibus aquas dulces„ in ſtagnantes ſalſas, luis ſcaturigines abun-„ de immiſiſſet; Romæ coli cœpit M. Quin-„ to Max. T. D. Jun. Bruto Scæva Coſſ. im-„ mani enim peſte graſſante, ex Sibyllinis li-„ bris reſponſum, ab Epidauro Argolidis ur-„ be Æſculapium accerſendum: quare lega-„ tis hinc redeuntibus in Tiberi fanum acce-„ pit. LIV. lib. X. cum horrendum Epidau-„ rium colubrum cum ipſo Æſculapii lapide„ advexerint. PAUL. OROS. *Hiſp.* adv. pag.„ lib. 3. cap. 22.„ Δήλια, Apollinis ſacra, quæ quinto quoque anno ejus in honorem celebrabantur in inſula Delo, ſiquidem à Latona hic in lucem editus fertur, vid. STRABO lib. X. pag. 485. meminit eorum THUCYDIDES. lib. III. cap. 104. verbis ſeqq. Ἦν δέ ποτε καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος ἐς τὴν Δῆλον τῶν Ἰώνων τε καὶ περικτιόνων νησιωτῶν· ξύντε γὰρ γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐθεώρουν, ὥσπερ νῦν ἐς τὰ Ἐφέσια Ἴωνες· καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτόθι γυμνικὸς καὶ μουσικὸς, χορούς τε ἀνῆγον αἱ πόλεις. „Fuit autem

tem & priſcis temporibus in Delo frequens Jonum, & accolarum in inſulis circumjacentibus habitantium conventus. Nam cum uxoribus & liberis ad ſpectacula conveniebant, ut nunc Jones ad ludos in Dianæ Epheſiæ honorem inſtitutos confluere ſolent; illic autem gymnicum muſicumque certamen fiebat, & civitates eo ſaltatorum choros mittebant. conf. POLLUX lib. VIII. cap. 9. num. 26. In natura Solem exprimebat, uti ſupra dictum in Artemide. hinc fingebatur ſemper, ut juvenis & imberbis, quoniam Sol eodem ſemper eſt vultu, nec unquam veteraſcit. TIBULLUS lib. I. eleg. 4. v. 33.

„ Solis æterna eſt Phœbo Bacchoque juventa:
Nam decet intonſus crinis utrumque Deum. „

Hecate, inferorum regina, per quam nonnulli vim fatorum intelligi volunt, quæ divinitus in corpora mortalia fundatur, maxime culta fuit ap. Æginetas, de quibus PAUSAN. Corinthiacorum cap. 30. Θεῶν δὲ Αἰγινῆται τιμῶσιν Ἑκάτην μάλιστα, καὶ τελετὴν ἄγουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος Ἑκάτης, Ὀρφέα σφίσι τὸν Θρᾷκα καταστήσασθαι τὴν τελετὴν λέγοντες. „Præ cæteris vero diis inprimis Hecaten colunt Æginetæ, cujus initia quotannis celebrant. Initiorum auctorem Thracem Orpheum perhibent.„ *Trophonius* & Agamedes fratres Ergini Orchomeniorum regis filii, ſec. alios Apol-

Apollinis. hi dum omnes ſui temporis mortales artificio ſuperabant, Delphicum templum exſtruendum ſuſceperunt. in quo exædificando mirifice induſtrii, ubi ærarium ponere ſunt aggreſſi, lapidem in ejus pariete unum ita collocabant, ut extrorſum eum, quum vellent, adductum poſſent eximere, repoſitamque pecuniam auferre. furto hoc per tempus impune commiſſo, accidit tandem, ut caperetur Agamedes. quo intellecto, Throphonius fratri caput præcidit, ne ſe ceu furti ſocium indicaret, & ad Lebadeam confugit. ibi exſtructo ſibi ſubterraneo domicilio oracula reddidit, & ita clarus factus eſt, ut coleretur inter præcipuos, ac nullus non optaret in antrum deſcendere, atque ab ipſo percipere divina reſponſa. Totum ritum, qui obſervari ſolebat circa hoc oraculum, prolixe exponit PAUSANIAS Bœoticorum c. 39. Inter Architectos delubri Delphici Agamedem & Trophonium memorat quoque STRABO lib. IX. pag. 421. & certe memorabile eſt, quod PLUTARCHUS in oratione conſolatoria ad Apollonium pag. 109. CICERO item lib. I. Tuſculanorum Quæſtionum de iis enarrat. „Trophonius, inquit hic cit. libro, & Agamedes, cum Apollini Delphis templum exædificaſſent, venerantes deum, petierunt mercedem non parvam quidem operis & laboris ſui, nil certi, ſed quod eſſet optimum homini. quibus Apollo ſe id daturum oſtendit poſt ejus diei diem tertium: qui ut illu-

xit, mortui ſunt reperti. Judicaviſſe deum dicunt, & eum quidem deum, cui reliqui dii conceſſiſſent, ut præter cæteros divinaret, mortem eſſe optimum homini.„ Ἀνάκεια, erant ſacra Caſtoris & Pollucis, qui & Διόσκουροι, *Jovis pueri*, quorum mentio quoque fit in ſacris litteris *Actorum* cap. XXVIII. 11. & Ἄνακτες, ſecundum GERH. JO. VOSSIUM ab Ἐνακεὶμ, aliis *Anacim*, quorum meminit Scriptura. putat nimirum eos à Joſua profligatos in Græciam conceſſiſſe. JOACHIM. KUHNIUS in notis ad PAUSANIÆ Phocicorum cap. 38. derivat ab Hebræo ענק, *torques*, quoniam torques antiquitus fuit geſtamen regium. PLUTARCHUS vero, quem ibidem citat *Vir Cl.* in vita Theſei ita ſcribit de Caſtoſtore & Polluce: Τιμὰς ἰσοθέους ἔχον ἄνακες προσαγορευθέντες, ἢ διὰ τὰς γενομένας ἀνοχὰς, ἢ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ κηδεμονίαν τοῦ μηδένα κακῶς παθεῖν, στρατείας τοσαύτης ἔνδον οὔσης. ἀνακῶς γὰρ ἔχειν τοὺς ἐπιμελουμένους ἢ φυλαττομένους ὁτιοῦν, καὶ τοὺς βασιλεῖς ἴσως ἄνακτας διὰ τοῦτο καλοῦσιν. Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες διὰ τῶν ἀστέρων ἐπιφάνειαν ἄνακας ὀνομάζεσθαι· τὸ γὰρ ἄνω τοὺς Ἀττικοὺς ἀνέκας ὀνομάζειν, καὶ ἀνέκαθεν τὸ ἄνωθεν. „Honores deorum adepti & ἄνακες appellati ſunt, vel à factis induciis, quas ἀνοχὰς vocant, vel ob ſolicitudinem & curam, ne quis mali quicquam pateretur, tanto in urbem admiſſo exercitu. nam qui curam cuſtodiamque cujuscunque rei agunt, dicuntur ἀνακῶς ἔχειν. Sunt etiam qui dicunt ἄνα-

κας

κας dictos ob ſtellas apparentes. nam ἀνέκας Atticis ſurſum, & ἀνέκαθεν deſuper ſignificat.,, Loquitur de *Aphidna*, quam ceperant Ἄνακτες, exercitu poſt Athenas deducto.

Poſſumus & alia non minoris celebritatis feſta proferre; ſed, quoniam ad magis urgentia vocat paginarum anguſtia, & materiam hanc diligenter eſt perſecutus JOH. MEURSIUS Græcia feriata ſive de feſtis Græcorum libris VI. Lugd. Bat. 1619. 4. ſufficiat nonnulla dediſſe tanquam exempla reliquorum.

CAPUT II.

DE

LUDIS PRÆCIPUIS.

§. I.

AD ſacra Græcorum referendi etiam cenſentur ludi ſolemnes & certamina, quoniam in honorem Deorum celebrari ſolebant, inprimis autem hæc quatuor, *Olympia*, *Pythia*, *Nemea*, *Iſthmia*, quæ præ ceteris ἀγῶνες ἱεροὶ, certamina ſacra, dicebantur, ſicut legimus ad finem Nem. 5. PINDARI, qui περίοδον, h. e. com-

 ple-

plexum quendam præcipuorum horum ludorum, carminibus ad lyram ſeu citharam accommodatis conſcriptum, nobis reliquit.

Obſervatio.

PINDARUS, quem μεγαλοφωνότατον vocat ATHENÆUS XIII. pag. 564. Natus eſt Thebis Bœotiæ, Olymp. LXV. patre Daiphanto, facileque ingenii felicitate & carminum elegantia patriæ opprobrium effugit, cujus ipſe meminit Olymp. Od. ϛ. στροφ. ε. conf. Hiſtor. Græciæ cap. II. §. VIII. & IX. QUINTILIANUS certe lib. X. inſtit. orat. hoc ei ponit elogium: „Novem Lyricorum longe PINDARUS princeps, ſpiritu, magnificentia, ſententiis, figuris: beatiſſimus rerum verborumque copia & velut quodam eloquentiæ flumine, propter quæ HORATIUS nemini credit eum imitabilem. Plura legantur in Bibliotheca JO. ALB. FABRICII lib. II. cap. XV.

§. II.

De origine ludorum *Olympicorum* ita fabulatur antiquitas. Jupiter Saturni ex Rhea filius ob odium paternum à matre Dactylis Idæis, qui alio nomine Curetes nuncupantur, in fidem atque

itque educationem datus eſt. Hi numero quinque fratres, Hercules, Pæonæus, Epimedes, Jaſius & Ida, ubi, relicto Cretæ monte Ida, in Elidem penetrarunt Peloponneſi regionem, curſus certamen per ludum in honorem Jovis celebrare cœperunt, & quidem inſtituto Herculis natu majoris, qui victorem corona donavit Oleaſtri, quam ex Hyperboreis primus ad Græcos deportabat.

Obſervatio.

PAUSANIAS Eliacorum 7. Διὸς δὲ τεχθέντος ἐπιτρέψαι Ῥέαν τοῦ παιδὸς τὴν φρουρὰν τοῖς Ἰδαίοις Δακτύλοις, καλουμένοις δὲ τοῖς αὐτοῖς τούτοις καὶ Κουρῆσιν. ἀφικέσθαι δὲ αὐτοὺς ἐξ Ἴδης τῆς Κρητικῆς, Ἡρακλέα, καὶ Παιωναῖον, καὶ Ἐπιμήδην, Ἰάσιόν τε καὶ Ἴδαν. τὸν δὲ Ἡρακλέα παίζοντα (εἶναι γὰρ δὴ αὐτὸν πρεσβύτατον ἡλικίᾳ) συμβαλεῖν τοὺς ἀδελφοὺς ἐς ἅμιλλαν δρόμου· καὶ τὸν νικήσαντα ἐξ αὐτῶν, κλάδῳ στεφανῶσαι κοτίνου, &c. conf. STRABONIS judicium ſupra cit. in Hiſtor. Græciæ cap. I. obſerv. ad §. VIII. Dactyli vocabantur hi fratres *à digitorum numero*, quod quinque eſſent, ſecundum COMITEM NATAL. lib. V. cap. 1. quomodo & ob eandem rationem *quinquennales* ludos eſſe placuit. de populis hyperboreis, h. e. *gente ſupra aqui-*

 lones,

lones, legendus MACROBIUS in *Somnio Scipionis* lib. II. c. 7. in fine.

§. III.

Quicquid autem ſentiendum ſit de narratione hac, cum alii alia proferant, id tamen certum habemus atque exploratum, inſtituta fuiſſe certamina ſive ab Hercule, ſive ab alio quodam in regione Elienſium, non procul à Piſa civitate & Alpheo flumine, intentione ac fine ſatis laudabili, 1. ut juvenes ad cultum deorum excitarentur, 2. ad tractandas artes bellicas roborarentur, & 3. comitia haberentur atque deliberationes de rebus ad totius Græciæ ſalutem ſpectantibus, inſimul etiam de anni forma ageretur & modo intercalationis, ut Solis rationes cum Luna congruerent.

Obſervatio.

PINDARUS in Epinicio Theronis Agrigentini, h. e. initio fere Olymp. β.

Ἦτοι Πίσα μὲν Διός:
Ὀλυμπιάδα δ᾽ ἔστα-
σεν, Ἡρακλέης,
ἀκρόθινα πολέμου.

„ Sa-

„Sane Piſa quidem Jovis:
Olympiadem vero inſti-
tuit Hercules,
primitias ſpoliorum belli.„

Alludit *poëta* in ultimis verbis ad aliam, quæ circumferebatur, hiſtoriam, qua Hercules dicitur poſt debellatum Augeam Elidis regem, de quo in Hiſtor. Græciæ cap. I. obſerv. ad §. VI. quoniam ſibi promiſſam mercedem ob fimi boum purgationem non accepiſſet, ex Elidis populationibus & præda certamen Jovi Olympio inſtituiſſe, idque Olympium nominaſſe. vid. comment. ERASMI SCHMIDII ad cit. locum PINDARI. Cæterum id negotium Sacerdotibus Olympicis datum, ut *Novilunia*, præcipue illud, quod menſem Ἑκατομβαιῶνα circa ſolſtitium æſtivum incoabat, accurate obſervarent & publice proclamarent, ut *idem* oſtendit ad locum *Pindari* ſequentem Iſthm. β. ἀντιστροφ. β.

ὅντε καὶ κάρυκες ὡρᾶν
ἀνέγνωον, σπονδοφόροι Κρονίδα
Ζηνὸς Ἀλεῖοι. -

„Quem etiam præcones horarum
recognoverunt, ſacerdotes Saturnidæ
Jovis Elei. - „

conf. ad hæc, quæ ſupra de menſibus cap. I. obſerv. ad §. IV.

§. IV.

Confluebat hinc omnis Græcia,

 plu-

plurimæque ſimul nationes exteræ, ex Ægypto, Libya, Sicilia, &c. quæ ad certamina quidem, minime vero ad conſultationes de rebus Græciæ admittebantur, tempore plenilunii ad diem undecimum menſis Ἑκατομβαιῶνος, ſeu *Junii*, à quo die incipiebant ludi, durantesque per quatuor dies ſexto & decimo finiebantur in judicio de certantibus & præmiorum pro meritis diſtributione.

§. V.

Illi vero, quibus in arenam deſcendere mens erat, bene præparati veniebant, quando ante non tantum omnia, quæ in certamine poſſent eſſe impedimento, ſtudioſe devitarant, delicatos v. g. cibos atque Veneris uſum, ſed & decem perpetuos menſes in ludicram exercitationem propoſiti agonis conſumſerant. Ludus ipſe antiquiſſimis temporibus abſolvebatur Pentathlo, h. e. quinque certaminum generibus, cæſtu ſcilicet vel pugillatu, curſu vel bigis, ſaltu, diſco, quem jacebant, palæſtra ſive lucta: ſed, quum poſt Oxylum, qui & ipſe ludos Olympi-

pi-

picos fecit, accepta Elide, (vid. Hiſtor. Græciæ cap. I. §. VI.) per quadringentos prope annos intermiſſa jaceret hæc celebritas, & tandem Iphitus cum Eleis, ope atque auxilio Lycurgi Lacedæmoniorum Legislatoris, ad ejus reſtaurationem ſe accingeret, factum eſt, ut ob rituum antiquorum oblivionem longe alia ordinatio contingeret, ac primo tantum curſu certaretur, donec, uti ſingula in memoriam forte rediſſent, alia ſequenti ordine certamina fuerint adjecta.

Obſervatio.

Huc pertinet locus PAULINUS 1. ad Corinthios IX. 25. Πᾶς καὶ ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται· ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ἵνα φθαρτὸν στέφανον λάβωσιν· ἡμεῖς δὲ, ἄφθαρτον. Sic certo ac neceſſario ad palæſtras victu utebantur, quem propterea ἀναγκοφαγίαν, *edendi neceſſitatem*, vocat ARISTOTELES Politicorum VIII. cap. 3. & panis athleticus, qui vires membris palæſtritarum addere debebat, dicebatur *Colliphium*, ἀπὸ τοῦ κώλου καὶ ἶφι, *à robore membrorum*, uti vult CORN. VITELLIUS contra *Merulam*, Annot. cap. 12. meminit ejus MARTIALIS lib. VII. Epigram. 66. JUVENALIS Satyr. II. v. 53.

„ Luctantur paucæ , comedunt colliphia paucæ. „

Venerem , ut quæ ad enervanda membra plurimum tribuit , cane pejus & angue fugiſſe Athletas , docet inſuper CLEMENS *Alexandrinus* lib. III. Strom. ſecutus PLATONEM lib. VIII. de Legibus. PAUSANIAS Eliacorum priore , cap. 24. *οἱ δὲ ἄνδρες οἱ ἀθληταὶ καὶ τόδε ἔτι προσκατόμνυνται , δέκα ἐφεξῆς μηνῶν ἀπηκριβῶσθαι σφίσι τὰ πάντα ἐς ἄσκησιν.* „ Athletæ quidem ipſi hoc amplius jurant , ſe decem menſes continuos accurate meditatos , quæ ad exercitationem requiruntur. „ Porro verbis ſequentibus inſervit locus ap. ARISTOT. lib. I. Rhet. cap. 5. ita ille : *ὁ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥιπτεῖν πως , καὶ κινεῖν ταχὺ καὶ πόῤῥω , δρομικός· Ὁ δὲ θλίβειν καὶ κατέχειν , παλαιστικός· Ὁ δὲ ὦσαι τῇ πληγῇ , πυκτικός· Ὁ δὲ ἀμφοτέροις τούτοις , παγκρατιαστικός· Ὁ δὲ πᾶσι , πένταθλος.* „ Nam qui poteſt crura projicere quoddammodo & movere , & velociter & longe , curſor eſt. qui vero ſtringere & tenere , luctator. at qui pellere plaga , pugil. qui autem utriſque his , Pancratiaſticus. verum qui omnibus his , Quinquertio. „

Πένταθλον ſcilicet vocantur ipſa quinque certamina , *πυγμὴ , δρόμος , ἅλμα , δίσκος , πάλη* , *Quinquertium* : Πένταθλος autem , qui his quinque certaminibus victor evaſit , *Quinquertio.* reliqua deſumta ſunt ex PLUTARCHI Lycurgo , & PAUSANIÆ El. prior. c. 8.

Ἰφίτῳ

Ἰφίτου δὲ, ait, τὸν ἀγῶνα ἀνανεωσαμένου κατὰ τὰ ἤδη μοι λελεγμένα, τοῖς ἀνθρώποις ἔτι ὑπῆρχε τῶν ἀρχαίων λήθη, καὶ κατ' ὀλίγον ἐς ὑπόμνησιν ἤρχοντο αὐτῶν. καὶ ὁπότε τι ἀναμνησθεῖεν, ἐποιοῦντο τῷ ἀγῶνι προσθήκην. „Illa vero inſtaurante Iphito, prout jam à me dictum eſt, adhuc inſidebat animis veterum ludorum oblivio, ſed paulatim in eorum memoriam redierunt: ac, ſi quid reminiſcerentur, id renovatis ludis adjecerunt additamentum.„

§. VI.

Itaque *Iphito* Olympia inſtaurante, tantum δρόμου, *ſtadii* ſeu *curriculi* certamen fuit, in quo vicit Olympiade prima *Eleus* COROEBUS, cui tamen ſtatua nulla poſita fuit. Poſt, Olympiade quarta decima, additus eſt δίαυλος, *duplicati ſtadii curſus*, in quo ſcilicet qui ad metam pervenerunt, flectentes, eo rurſus recurrere debebant, unde curſum inierant. vicit hic, accepta ex oleaſtro corona, HYPENUS *Piſæus*. Olympiade decima octava πένταθλον & πάλη, *quinquertii & luctæ* certamen eis in mentem venit; illo vicit LAMPIS, hac EURYBATUS, uterque *Lacedæmonii*. Tertia dehinc & vice-

viceſima Olymp. πυγμὴ, *cæſtuum ludus* eſt inſtitutus, victore ONOMASTO *Smyrnæo*, quum jam tum Smyrna, urbs Æolica, ad Jonum concilium acceſſiſſet. Quinta ſupra viceſimam ἵππων τελείων δρόμος, *currule certamen juſtæ ætatis equorum* introductum, vincente PAGONDA *Thebano*. Octava ſecundum hanc, Olympiade nimirum trigeſima ſecunda, ſolemnitatem adauxit Παγκρατιαστὴς τε ἀνὴρ, καὶ ἵππος κέλης, *qui toto corpore & omni nervorum contentione certaret, atq; deſultorius equus.* antevertit hic reliquos equus CRANONII *Crauxidæ:* pancratio vero victor diſceſſit LYGDAMIS *Syracuſanus.* Hæc ex memoria veterum ludorum. Sequenti Olympiade, ſeptima & trigeſima, nullo veteris memoriæ exemplo, ſed ſuo arbitratu Elei inſtituerunt puerorum certamina, δρόμον καὶ πάλην, *curſum & luctam*, ita ut in hac quidem vinceret HIPPOSTHENES *Lacedæmonius*, verum illo POLYNICES *Eleus*. Octava & trigeſima puerorum πένταθλον, EUTELIDAS *Lacedæmonius:* ſed rejectum tamen hoc certamen ab Eleis, nec poſtea amplius placuit, ut in quinquer-

quertii certamen deſcenderent pueri. Olympiade prima & quadrageſima pueros πύκτας, *in cæſtuum pugna* commiſerunt, victorque evaſit *Sybaritanus* PHILETAS. Quinta vero & ſexageſima receptus eſt in ſtadium τῶν ὁπλιτῶν ὁ δρόμος, *gravioris armaturæ peditum curſus*, quod hæc exercitatio videretur ad res bellicas idonea; victor renunciabatur DEMARATUS *Heræenſis*. Olympiade ſeptuageſima δρόμος ἀπήνης, *curſus vehiculi mularis*, vincente THERSIO *Theſſalo*: Septuageſima prima κάλπης δρόμος, *carpenti certamen* inſtitutum eſt *cum equabus*, è quibus ſub extremam curſus metam deſilientes ſeſſores, prehenſo ſuæ quilibet equæ freno, cum equabus decurrere ſolebant. competitores hic ſuperavit PATÆCUS *Achæus* ex urbe Dyma. Sublatum vero iterum eſt utrumque certamen, & per præconem octogeſima quarta cautum, ne in poſterum vel calpes, vel apenes curſu contenderetur. Olympiade ſeptuageſima ſeptima inſtitutum erat, ut mactatis deo victimis, *Quinquertii* primum & *Curſus*, deinde *Equorum* certamina committerentur, quum antea

antea eodem die & *Equi* & *Homines* fuiſſent inducti: *Pancratiaſtæ* vero tunc ſub noctem prodibant, quoniam non ſatis mature poterant accerſiri, cum dies equiriis & potiſſimum quinquertio conſumeretur: vicit illa Olympiade *Athenienſis* CALLIAS. Cautum tamen eſt, ne in poſterum aut Quinquertium aut Equiria Pancratio eſſent impedimento. De octogeſima quarta dictum eſt, illam & Ἀπήνης & Κάλπης certamen per omne tempus voluiſſe excluſam. Tertia poſt nonageſimam *bijugorum integra ætate equorum* curſus, συνωρίδα vocant, obtinuit, vicitque EVAGORAS *Eleus*. Nona Olympiade junctis ad currum pullis, τῶν πώλων ἅρμασι, certatum eſt, corona adjudicata SYBARIADI *Lacedæmonio.* Recepta deinde τῶν πώλων συνωρὶς, *pullorum bigæ*, & πῶλος κέλης, *pullus deſultorius*, ita ut Olympiade ſupra centeſimam viceſima nona bigarum palmam deportaret BELISTICHE, femina è maritima Macedoniæ ora, & *deſultorii* triceſima prima TLEPOLEMUS *Lycius*. Poſt hæc Olympiade centeſima & quadrageſima quinta inſtitutum *puerile pancratium*, in quo vicit

vicit PHÆDIMUS *Æolenſis* ex urbe Troade, quod tamen ipſum ab Eleis deinceps fuit rejectum.

Obſervatio.

Ita nobis ſæpe laudatus PAUSANIAS in ſua Περιηγήσει τῆς Ἑλλάδος, & quidem Eliacorum priore, cap. 8. & 9. omnia diſtincte recenſet, ex quo ſumſimus, quicquid in hoc §. diximus, quemadmodum & ſua ex eodem mutuatus eſt ERASMUS SCHMIDIUS in cit. PINDARI Commentario, in Prolegomenis ad Olympionicas. Ἀπήνην HESYCHIUS reddit ζεῦγος ἡμιόνων, *bini muli ad currum juncti*, ſed Κάλπην, ἵππος βαδιστής, *equus ambulans*, non *carpentum*, uti ROMULUS AMASÆUS interpres & alii. JACOBUS PALMERIUS in Exercitationibus in optimos fere Auctores Græcos ad PLUTARCHI Alexandrum p. 667. ubi occurrit vox, περικαλπάζειν explicat ita: Κάλπη fuit certaminis ludicri ſpecies in ludis Olympicis, ubi vir currentem equam, (nam equabus potiſſimum ad tale certamen utebantur) ipſe pedes habenam manu retinens ad latus currebat, & ſic oportebat viri & equæ curſum eadem pernicitate procedere. Sed id fiebat cum equabus domitis & ad id ſpeciatim inſtitutis, ad ferocientem vero equum indomitum, qui ſeſſorem nondum paſſus fuerat, non conveniebat tale quid.

§. VII.

§. VII.

Ex his facile, ut opinor, intelligi poteſt, quis ordo regnaverit in certaminibus Olympicis, & quo quæque tempore fuerint inſtituta. Non tamen eo adducendus animus, ut credatur, Muſarum operam in hac ſolemnitate, in tanto conventu celeberrimorum Græcorum, omnino fuiſſe neglectam, quod hic potiſſimum ea certamina recenſentur, quæ roborando corpori ſolent inſervire: quum profecto nonnulla quoque ſint ingenii certamina ab iisdem auctoribus relata, ex quibus colligas, & *animi* & *corporis* vires ſuos hic æſtimatores inveniſſe.

Obſervatio.

Sic PAUSANIAS Eliacorum poſteriore cap. 17. ſcribit, Gorgiam Oratorem εὐδοκιμῆσαι λόγων ἕνεκα ἐν πανηγύρει τῇ Ὀλυμπικῇ, magnum eloquentiæ ſpecimen dediſſe in quinquennali Olympiæ celebritate. ÆLIANUS lib. II. cap. 8. Olympiade prima & nonageſima, qua EXÆNETUS *Agrigentinus* ſtadio vicit, contendiſſe contra ſe invicem refert XENOCLEM & EURIPIDEM, vincente *Xenocle*, quem tamen omnes multo imperitiorem

rem *Euripide* & in poëſi rudiorem fuiſſe conſentiunt. v. cit. ÆL. in fine capitis, ARISTOPH. in Ranis, & ejus SCHOLIASTES, &c. Taceo SUIDAM, qui de HERODOTO dicit, quod in Olympico conventu Muſas ſuas recitarit, itemque ATHENÆUM, qui lib. XIV. CLEOMENEM in Olympiis, *Empedoclis* quædam ῥαψῳδῆσαι, decantaſſe dicit.

§. VIII.

Præmium in hiſce ludis, uti & in ceteris, Victori dabatur κλάδος κοτίνου, *corona ex Oleaſtro*, & quidem primis temporibus proponebatur ſuper æneo tripode in templo Jovis Olympii, poſtea vero ſuper menſa ad hoc negotium erecta, quam partim ex ebore, partim ex auro Colotes artifex fecerat. Non tamen quivis Oleaſter ad honores hos aſſumi debebat, ſed is duntaxat, quem ἐλαίαν καλλιστέφανον vocabant, atque ad poſticum templi plantabant, ex inſtituto Herculis, de quo ſupra §. II. qui eum ex Hyperboreis in Græciam intulit. Forte uſus Oleaſtri ad exemplum quoque Herculis receptus eſt, qui quanquam generi mortalium ubique terrarum bene fecerat,

tamen nullum inde præmium, quod lucroſum fuiſſet, à quoquam hominum reportavit; vel etiam, ne Victores magis utilitate & lucro allecti, quam virtute & gloria incitati ſeſe exercuiſſe viderentur. Quorſum pertinet *Tigranes* apud HERODOTUM in Urania, in bello Perſico, Olympiade ſeptuageſima quinta, ex quibusdam Arcadibus audiens, Coronam oleagineam eſſe Victoris Olympici præmium, animo perculſus dixit: „ Papæ Mardoni, in quos viros induxiſti nos ad pugnandum, qui non pecuniarum certamen agitant, ſed virtutis? „

Obſervatio.

PAUSANIAS El. priore, cap. 12. κεῖται δὲ καὶ τρίπους ἐπίχαλκος· ἐφ' οὗ πρὶν ἢ τὴν τράπεζαν ποιηθῆναι προετίθεντο τοῖς νικῶσιν οἱ στέφανοι. & cap. 20. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα ἀναθήματα ἐνταῦθα. Κλίνη τε, . . . καὶ ὁ Ἰφίτου δίσκος, καὶ τράπεζα, ἐφ' οἷς προστίθενται τοῖς νικῶσιν οἱ στέφανοι. . . . Ἡ τράπεζα δὲ ἐλέφαντος μὲν πεποίηται καὶ χρυσοῦ, Κωλώτου δέ ἐστιν ἔργον. Idem de Oleaſtro cap. 15. κατὰ δὲ τὸν ὀπισθόδομον, μάλιστά ἐστιν ἐν δεξιᾷ πεφυκὼς κότινος. καλεῖται δὲ ἐλαία καλλιστέφανος, καὶ τοῖς νικῶσι τὰ Ὀλύμπια καθέστηκεν ἀπ' αὐτῆς δίδοσθαι τοὺς στεφάνους. Ubi poſti-

ſticum templi eſt, ad dexteram oleaſter ſe oſtendit, quem *Calliſtephanum* appellant, ex qua arbore ſolenne eſt Olympicis victoribus coronam decerpere. conf. ARISTOTELES ἐν τῷ περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, & ex eo SCHOLIASTES *Ariſtophanis*. Cæterum verba HERODOTI, quæ ex mente Tigranis, Artabani filii, audientis τὸ ἄεθλον ἐὸν ςέφανον, ἀλλ᾽ οὐ χρήματα, *præmium illis coronam eſſe, non pecuniam*, profert, ita habent: Παπαὶ Μαρδόνιε, κοίους ἐπ᾽ ἄνδρας ἤγαγες μαχησομένους ἡμέας, οἳ οὐ περὶ χρημάτων τὸν ἀγῶνα ποιέονται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς; PLUTARCHUS tamen auctor eſt in vita Solonis, ex hujus inſtituto ei, qui Olympia viciſſet, quingentos denarios datos ab Athenienſibus, qui Iſthmia, centum: immo alimenta publica in Prytaneo ſubminiſtrata, *idem* refert in *Ariſtide*, quod etiam teſtatur VITRUVIUS infr. cit.

§. IX

Conjuncta autem fuit cum hoc coronæ præmio tanta victorum gloria, quanta cogitari poteſt maxima. Proclamatio fiebat per præconem quam honeſtiſſima, itaut *primo* nominaretur genus Victoriæ: *deinde* Perſona Victrix: *tertio* Pater Victoris, & *deniq;* Patria vel regio, vel civitas, vel

M 2 etiam

etiam utraque, quo ſingulis ſingularis quoque honos haberi poſſet. Videras ſtatuas τῶν Ὀλυμπιονικῶν in luco Jovis Olympiæ cum ſumma laude poſitas: videras, ut eo melius Famæ perpetuitati conſuleretur, eorum omnium nomina in Olympico Gymnaſio publicis monumentis commendata: ac terram patriam, quæ antea ſæpius latebat, unius virtute nunc in maxima luce atque multorum admiratione collocatam.

Obſervatio.

Huc referri poteſt locus PAULINUS ſupra cit. obſerv. ad §. V. quo comparatur ςέφανος φθαρτὸς *corona ex viridi gramine pro præmio accepta*, cum ἀφθάρτῳ, *corona ſemper viridi & æterna, quæ eos manet, qui peccatorum & diaboli victores ex hoc Mundo migrant.* Porro quantum acceſſerit laudis atque æſtimationis iſtis hominibus, deſcribit in genere de quatuor ludis VITRUVIUS Præfat. in lib. IX. de Architect. „Nobilibus Athletis, qui Olympia, Pythia, Nemea, viciſſent, Græcorum majores ita magnos honores conſtituerunt, ut non modo in conventu ſtantes cum palma & corona ferant laudes, ſed etiam, cum revertantur in ſuas civitates cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia & in patrias

patrias invehantur, è reque publica perpetua vita conſtitutis vectigalibus fruantur.,, Hinc factum eſt, ut omnes vires, quas beneficio Naturæ poſſederant, in hoc negotio conſumere optimi quique & præſtantiſſimi non verebantur, quod in laudanda Alcibiade copioſe ſatis enarrare novit ISOCRATES Orat. περὶ τοῦ ζεύγους. Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, ait, ὁρῶν τὴν ὀλυμπιάσι πανήγυριν ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ἀγαπωμένην καὶ θαυμαζομένην, καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐπιδείξεις ἐν αὐτῇ ποιουμένους πλούτου καὶ ῥώμης καὶ παιδεύσεως, καὶ τούς τε ἀθλητὰς ζηλουμένους, καὶ τὰς πόλεις ὀνομαστὰς γιγνομένας τῶν νικώντων· καὶ πρὸς τούτοις ἡγούμενος, τὰς μὲν ἐνθάδε λειτουργίας ὑπὲρ τῶν ἰδίων πρὸς τοὺς πολίτας εἶναι, τὰς δ' εἰς ἐκείνην τὴν πανήγυριν, ὑπὲρ τῆς πόλεως εἰς ἅπασαν τὴν Ἑλλάδα γίγνεσθαι· ταῦτα δὲ διανοηθεὶς, &c. ,, Circa eadem tempora cum videret Olympicam celebritatem ab omnibus amari, maxique fieri, & Græcos ibi & opes ſuas, & vires, & ingeniorum dexteritatem oſtentare: nec eos tantum, qui ſe ibi bene geſſiſſent, in admiratione eſſe, ſed eorum, qui viciſſent, urbes celebrari, prætereaque munera, quæ hic obirentur, civibus deberi pro re familiari ac privata: quæ vero in illam celebritatem conferrentur, ad omnes pertinere Græcos, & pro Rep. noſtra fieri: hæc, inquam, reputans,,, &c. Ex hac hominum opinione fluit etiam, quod ARISTOTELES ſcribit lib. VII. Eth. cap. 6. Olympionicas κατ' ἐξοχὴν

Græcis vocatos fuiſſe Ἀνθρώπες, quaſi *ſoli* illi Hominis appellatione digni eſſent, ſec. interpretationem CUNR. RITTERSHUSII, à quo alii abeunt, vid. ERASM. SCHMID. loco cit. & quod multis in locis ap. cit. PAUSAN. legimus, ægerrime tuliſſe civitates, ſi quando Victores aliunde ſe ἀναγορευθῆναι voluiſſent, patriamque abnegaſſent, quod multi fecerunt, uti *Sotades* Cretenſis, qui Olymp. centeſima Victor λαβὼν χρήματα παρὰ τῦ Ἐφεσίων κοινῦ, Ἐφεσίοις εἰσεποίησεν αὐτὸν, accepta publice ab Epheſiis pecunia, Epheſium ſe prodi maluit, El. poſter. cap. 18. Sicque alii: quod non potuit non reliquorum civium exacerbare animos, & ad ultionem graviſſimam ſtimulare, quæ & Sotadem conſecuta eſt: ita enim memoriæ prodit *idem*: καὶ αὐτὸν ἐπὶ τῷ ἔργῳ φυγῇ ζημιῦσιν οἱ Κρῆτες, quo crimine ei exilii pœna eſt à Cretenſibus inflicta.

§. X.

Jam, quod tantæ gloriæ erat, ex arena victorem deſcendere, & juſta accipere præmia, curandum omnino fuit, ut eſſent, qui res omnes circa hos ludos ſine omni partium ſtudio obſervarent, atque peracto ſecundum leges certamine, munera pro juſtitia diſtribuerent. hos appellabant Ἀθλοθέτας, ſeu

ſeu Ἀγωνοθέτας, *certaminum Præfectos & quaſi Judices*. Primis temporibus *uni* hæc cura fuit demandata, ut *Oxylo*, & ſucceſſoribus: ſed Olympiade quinquageſima placuit *duos* ex ipſa Eleorum civitate ſorte ductos conſtituere: quæ conſuetudo manſit etiam, donec quinta poſt & viceſima, hoc eſt, ſeptuageſima quinta *novem* eligerentur, quos Ἑλλανοδίκας vocabant, & quorum *tres* de Equorum curſu, *tres* de Quinquertio, de ceteris *reliqui* certaminibus cognoſcebant. Olymp. ſequenti ſexta *decimum* addiderunt Ἀθλοθέτην. Tertia vero ſupra centeſimam, cum in tribus duodecim Elei deſcriberentur, ſingulæ tribus *ſuum* dedere ludorum cognitorem: ſed mox ſequente Olympiade centeſima quarta poſt bellum Arcadicum, in quo & agri partem amiſerunt, & curias omnes, qui finibus iis continebantur, in *tribus octo* contracti, totidem tantum Ἑλλανοδίκας dederunt. Tandem octava poſt centeſimam iterum *decem* lecti, quem numerum usque ad ſua tempora non immutatum fuiſſe ſcribit PAUSANIAS Eliacorum priore cap. 9.

Obſervatio.

PAUSANIAM citato loco ſecuti ſumus in tota hac recenſione, utpote à quo peti debet, quicquid in his rebus certi proferre poſſumus: annotat tamen ipſe, quartam & centeſimam Olympiadem Ἀνολυμπιάδα vocatam, quaſi *irritam Olympiada*, ſicut antea octavam & triceſimam quartam, quoniam à Piſæis & Arcadibus fuerint adminiſtratæ, ideoque in catalogum Olympiadum non relatas, El. poſter. cap. 22. Sentit cum PAUSANIA HARPOCRAT. in loco, quem ad illum deſcribit CL. KUHNIUS, & ita habet: Ἀριστοτέλης ἐν Ἠλείων πολιτείᾳ τὸ μὲν πρῶτόν φησιν ἕνα καταστῆσαι τοὺς Ἠλείους Ἑλλανοδίκην, χρόνου δὲ διελθόντος δύο. τὸ δὲ τελευταῖον ἐννέα. Ἀριστόδημος ὁ Ἠλεῖός φησι τελευταῖον τιθέντας τὸν ἀγῶνα Ἑλλανοδίκας εἶναι δέκα, ἀφ᾽ ἑκάστης φυλῆς ἕνα. Contra cit. tamen ultima Pauſaniæ verba obſervandum, quod ERASMUS SCHMIDIUS ex JOSEPHI lib. XVI. Antiq. Jud. cap. 9. annotat, *Herodem* anno ante Chriſtum nono, ludos Olympicos, propter inopiam non ſatis ſuæ celebritati reſpondentes, attributis annuis reditibus adjuviſſe, & pro hac munificentia perpetuum ἀγωνοθέτην declaratum fuiſſe.

§. XI.

Omnes hi, quo officio ſuo recte

fun-

fungi poſſent, in loco certo Elidis oppidi, qui ab Ἑλλανοδίκαις Ἑλλανοδικαιὼν vocabatur, & erat ad Gymnaſium vetus, in quo Athletas, priusquam in Olympiam deſcendant, omnia facere inſtitutum eſt, quæ ante certamen fieri mos ritusque majorum poſtulat, perpetuos decem menſes habitabant, totumque illud tempus à legum conſervatoribus, quos Νομοφύλακας nominabant, jura agonalia perdiſcebant, quæ huc fere redibant, *ut* ſine ulla exceptione uniuscujusque ſolam virtutem in judicio ſectarentur, neminique niſi promerenti, repoſitam penes ſe coronam imponerent: ſi qui in certando fraudem aliquam commiſiſſent, vel aliud quid indecens perpetraſſent, ſevere mulctarent: Collegas ſuſpectos, aut iniquius judicantes diligenter obſervarent, dignaque pœna afficerent. Veſtibus primo utebantur purpureis Judices, deinde vero, quum *Callipatira* femina, (feminas autem ſpectatrices ludorum Olympicorum eſſe, lege capitali prohibitum erat) mortuo viro, cum virili ornatu exercitationum magiſtrum mentita, Piſidorum

 filium

filium in certamen deduceret, &, vincente jam puero, poſita veſte inter fugiendum agnoſceretur, ſancitum eſt, ut ſequentibus temporibus nudati adeſſent ad ludicrum ipſi etiam Magiſtri.

Obſervatio.

Idem El. poſt. cap. 24. Ἐν τούτῳ τῷ Ἑλλανοδικαιῶνι οἰκοῦσι δέκα ἐφεξῆς μῆνας οἱ αἱρεθέντες ἑλλανοδικεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν νομοφυλάκων, ὅσα ἐς τὸν ἀγῶνα σφᾶς δεῖ ποιεῖν, διδάσκονται. Cæterum exempla horum omnium paſſim leguntur ap. cit. *Auctorem*, ut ſi de *Phidola Corinthio* El. poſt. cap. 13. ſcribit, ipſi tamen coronam adjudicatam à magiſtris non attendentibus ad caſum fortuitum, ſed ad virtutem, cum ſcilicet ſe ſeſſore ab ipſis ſtatim carceribus collapſo, equa curſum priſtinum, perinde ac ſi rectorem haberet, retinuiſſet, reliquosque ad ludorum præfectos antevertiſſet. it. de *Arrhachione Phigalenſi Arcade*, Arcadicorum cap. 40. cujus cadaveri doloſe ab adverſario præventi victoriam & coronam præconis voce adjudicarunt. Sic *Theagenem*, qui Olympiade ſeptuageſima quarta pugilatu deceperat *Euthymum*, refert ædilium ſententia talentum unum Jovi, ſacram mulctam, atque alterum Euthymo, ad luendam contumeliæ noxam, pendere fuiſſe juſſum, El. poſt. cap. 6. conf. alia, de *Eupolo Theſſalo*,

El.

El. prior. cap. 21. de *Calippo Athenienſi*, eod. loco, de mulcta *Eudeli Rhodii*, &c. Sic, quum aliquando *Eupolemus Eleus* cum *Leonte Ambraciota* δρόμῳ certaſſet, & ex tribus illis Ἑλλανοδίκαις, qui δρόμου judices ſeorſim erant, à duobus inferior, à tertio vero victor fuiſſet judicatus, & rem ad totam Ὀλυμπικὴν βουλὴν, *conſeſſum omnium judicum* retuliſſet, cognita cauſa duos illos Ἑλλανοδίκας à reliquis ære gravi fuiſſe condemnatos, ſcribit El. poſt. cap. 2. Vocat hinc conſeſſum hunc PINDARUS Olymp. γ. non immerito μεγάλων ἀέθλων ἁγνὰν κρίσιν, *magnorum certaminum ſanctum judicium*, & explicari ex dictis poteſt locus ille PAULINUS 2. Tim. 4. 7, 8. ubi eadem *allegorice* dicuntur: Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα. Λοιπὸν, ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ Κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὁ δίκαιος κριτής· οὐ μόνον δὲ ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. De veſtibus autem τῶν Ἑλλανοδικῶν purpureis ante hanc legem VARINUS in Lex. ἐκαθέζοντο δὲ ἐν τῷ ἀγῶνι πορφύραν περιβεβλημένοι. Hiſtoriæ vero hujus ac legis mentionem injicit PAUS. El. prior. cap. 6. Κατὰ δὲ τὴν ἐς Ὀλυμπίαν ὁδὸν, πρὶν ἢ διαβῆναι τὸν Ἀλφειὸν, ἔστιν ὄρος ἐκ Σκιλλοῦντος ἐρχομένῳ πέτραις ὑψηλαῖς ἀπότομον· ὀνομάζεται δὲ Τυπαῖον τὸ ὄρος. κατὰ τούτου τὰς γυναῖκας Ἠλείοις ἐστὶν ὠθεῖν νόμος, ἢν φωραθῶσιν ἐς τὸν ἀγῶνα ἐλθοῦσαι τὸν Ὀλυμπιακὸν, ἢ καὶ ὅλως ἐν ταῖς ἀπει-

ρη-

ρημέναις σφίσιν ἡμέραις διαβᾶσαι τὸν Ἀλφειόν. οὐ μὴν οὐδὲ ἁλῶναι λέγουσιν οὐδεμίαν, ὅτι μὴ Καλλιπάτειραν μόνην. εἰσὶ δὲ οἱ τὴν αὐτὴν ταύτην Φερενίκην, καὶ οὐ Καλλιπάτειραν καλοῦσιν. αὕτη, προαποθανόντος αὐτῇ τοῦ ἀνδρὸς, ἐξεικάσασα αὐτὴν τὰ πάντα ἀνδρὶ γυμναστῇ, ἤγαγεν ἐς Ὀλυμπίαν μαχούμενον. νικῶντος δὲ τοῦ Πεισιδώρου, τὸ ἔρυμα, ἐν ᾧ τοὺς γυμναστὰς ἔχουσιν ἀπειλημμένους, τοῦτο ὑπερπηδῶσα ἡ Καλλιπάτειρα ἐγυμνώθη. φωραθείσης δὲ, ὅτι εἴη γυνὴ, ταύτην ἀφιᾶσιν ἀζήμιον, καὶ τῷ πατρὶ, καὶ ἀδελφοῖς αὐτῆς, καὶ τῷ παιδὶ αἰδῶ νέμοντες, ὑπῆρχον δὴ ἅπασιν αὐτοῖς Ὀλυμπικαὶ νῖκαι. ἐποίησαν δὲ νόμον ἐς τὸ ἔπειτα ἐπὶ τοῖς γυμνασταῖς γυμνοὺς σφᾶς ἐς τὸν ἀγῶνα ἐσέρχεσθαι.

§. XII.

Hactenus de *ludis Olympicis*, ad quos adhuc ut obſervetur, reſtat, quod Græci ſua tempora numerabant, hiſtoriasque texebant ſecundum Olympiadum Iphitearum numerum, quippe quarum initium illis fixum erat & notum, ante quod nihil fere certi quoad tempora in Hiſtoriis Græcorum reperitur, conf. §. VI. hujus capitis.

Obſervatio.

V. ERASMUS SCHMIDIUS in Prolegomenis

menis ad Olympionicas PINDARI, qui ex Cenſorino de die natali cap. 21. refert, tradidiſſe Varronem tria temporum diſcrimina. *Primum* ἄδηλον, usque ad Cataclyſmum ſcilicet; quod, addit, ſive habuerit initium, ſive ſemper fuerit, (uti homo gentilis ignorat) certo annorum numero comprehendi poſſe negat, ob ignorantiam. Nos vero ſacris edocti, 1656. annis definimus. *Secundum* μυθικὸν, à Cataclyſmo ſcilicet usque ad Olympiadem Iphiteam primam quod in eo multa fabuloſa referantur. quod etſi non plane quidem ſciri putat, ad 1600. tamen annos circiter definit. Nos 1518. facimus. *Tertium* denique ἱστορικὸν, à prima ſcilicet Olympiade ad omnia ſecula ſequentia, quod res geſtæ ab eo initio certis hiſtoriis contineantur.

§. XIII.

Sequuntur *Pythia*, de quibus nobis licet eſſe brevioribus, quoniam in multis conveniunt cum Olympiis, & ex parte jam ſunt explicata in Hiſtoria Græciæ cap. II. §. X. Narrat autem hiſtoria veterum, Apollinem, Jovis ac Latonæ filium, quum terras obiens, homines ad morum manſuetudinem compoſuiſſet, frugibusque docuiſſet uti, & placidiore victus ratio-

tione, ab Athenis Delphos proficiſcentem, T[illegible]yum Panopenſium tyrannum, itemque alium Pythonem nomine, Delphorum præſidem, at ob crudelitatem atque intolerabiles mores Draconem cognominatum, ſagittis confixiſſe, Parnaſſiosque homines à nefanda beſtia in perpetuum liberaſſe: proinde in memoriam divini hujus beneficii vel ipſum, puto Apollinem, ludos inſtituiſſe, vel loci incolas, quos de nomine hujus tyranni, vel ejus cadavere hic putrefacto, quod Græcis eſt *πύθεσθαι* pro *σήπεσθαι*, *Pythicos* appellarint.

Obſervatio.

Ita EPHORUS apud STRABONEM, qui hiſtoriam inter poëticas fabulas refert, Geographiæ libr. IX. pag. 422. ut & PAUSANIAS Phocicorum urbem inde Pytho nuncupatam ait: *χρόνῳ δὲ ὕστερον καὶ Πυθὼ τὴν πόλιν, οὐ Δελφοὺς μόνον ἐκάλεσαν οἱ περιοικοῦντες*, &c. MACROBIO Saturnal. I. 17. maxime arridet hujus etymi derivatio *ἀπὸ τοῦ πύθειν*, id eſt, *σήπειν*, unde & *Apollo Pythius* dictus; ERASMO autem SCHMIDIO minime ob ignobiliorem operationem *τῆς σήψεως*. Nos mittimus fabulas, adducto tantum loco CALLIMACHI hymn. in Apollin. v. 100.

Πυ-

Πυθώ τοι κατιόντι συνήντετο δαιμόνιος θὴρ,
Αἰνὸς ὄφις· τὸν μὲν σὺ κατήναρες, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Βάλλων ὠκὺν ὀϊστόν· ἐπηΰτησε δὲ λαὸς,
Ἰὴ ἰὴ Παιῆον ἵει βέλος.

„Nam Pytho tibi deſcendenti occurrit ſæva beſtia,
Horribilis ſerpens. eum tu quidem occidiſti, aliam ſuper aliam
Mittens velocem ſagittam. acclamavit autem populus
Jo io Pæan, mitte ſagittam.„

Haud tamen contemnenda videtur appellatio *ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι*, *à percontando*, *ſciſcitando*, quod ſciſcitandi gratia iretur ad Apollinem Pythium, cujus oraculum Delphis erat celeberrimum, quanquam eam improbat cit. MACROBIUS.

§. XIV.

Verum hoc eſt, ludos hos inſtitutos in honorem Apollinis, per quem mythologice *Sol* intelligitur, die ſexto menſis Θαργηλιῶνος, adeoque *medio vere*, ad Delphos oppidum Phocidis liberum, ſub Parnaſſo monte, & quidem iisdem prope ex cauſis, quibus Olympii, ſupra §. III.

Obſer-

Obſervatio.

Θαργηλιὼν dictus menſis eſt, de quo ſupra P. II. §. IV. ad Obſerv. & τὰ Θαργήλια, feſtum Athenienſium Apollini ſacrum, cui Deo κακοζηλίᾳ ſacrorum gentis Judaicæ primitias frugum quæ provenerant, in olla conſecrata, quæ hac de cauſa Θάργηλος vocabatur, offerebant, propterea quod θερμαίνει γῆν ὁ ἥλιος, *quia Sol terram vere jam adulto calefacit.*

§. XV.

Sed miram quoque varietatem ſubiit hæc celebritas, quemadmodum Olympica, ita ut, cum *antiqui* ludi fuerint ἐννεαετηρικοὶ, *nono quoque anno celebrandi*, recentiores eſſent πεντάετηρικοὶ, *quinto quoque anno habendi:* ut cum antiqui abſolverentur ſolo cantu παιᾶνος in Apollinis honorem ad citharam vel lyram, novi introducerent omnia, quæ Olympiis in uſu erant.

Obſervatio.

Antiquos volo, qui ante Amphictyonum concilium ſunt agitati, & quorum ordinaria ſeries numerari nequit. Reperimus enim, quod Olympiis accidit, ut à prima ſtatim Her-

Herculis Idæi inſtitutione in ſtatu integro non manerent, ſed multas viciſſitudines experirentur, usque dum ab Iphito reſtaurati, certum ordinem ſervare inciperent, idem fere Pythiis accidiſſe. Ita legimus apud XENOPHONTEM Hiſtor. græcæ lib. VI. Jaſonem eorum dominium atque adminiſtrationem affectaſſe, &, quo major eſſet ſolemnitas, quum ludi inſtarent, ſingulis oppidis denunciaſſe, ut boves, oves, capras ſuesque alerent, ſeque ad ſacrificium Pythium præpararent: ita ap. PAUSANIAM, Corinth. 32. Diomedem accipimus Ætolorum regem, quum ab Ilio reverſus, poſt diuturnas Uxoris tergiverſationes, tandem domum receptus eſſet, τὸν ἀγῶνα τῶν Πυθίων πρῶτον θεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι, „ Pythios ludos in Apollinis honorem de novo inſtituiſſe.„ Iterum tamen poſt hæc omnia ceciderunt, donec Amphictyones, communes Græcorum judices Delphis reſidentes, & judicium exercentes, ſtrenuo duce Eurylocho, Phocide pacata, ludos renovarunt ſecundum Chronologiam SETHI CALVISII anno tertio Olympiadis quadrageſimæ octavæ, à quo tempore *Pythiades* numerari cœperunt. de his diſſeruimus in Hiſtor. Græciæ cap. II. §. X. Cæterum videtur in antiquis jam ludis non ingenii virium ſolum, ſed & corporis factum fuiſſe periculum, dum fama eſt in prima ſolemnitate, quam Apollo ipſe inſtituerat, *Caſtorem* viciſſe ſtadio, *Pollucem* pugillatu, *Calaim* dolicho-

dromo, *Zetem* curſu ὁπλιτῶν, *Peleum* diſco, *Telamonem* lucta, pancratio *Herculem*; quanquam PAUS. Phocic. 7. memorat ἀρχαιότατον ὅτι ἀγώνισμα γενέσθαι, καὶ ἐφ' ᾧ πρῶτον ἆλλα ἔθεσαν, ᾆσαι ὕμνον ἐς τὸν θεόν.

§. XVI.

Novi dicuntur, quos Amphictyones, communes Græcorum judices, qui primo ex duodecim tantum civitatibus, quæ Delphis vicinæ, poſtea vero ex decem inſocietatem aſſumtis Græciæ populis conveniebant, inſtituerant anno tertio Olympiadis poſt quadrageſimam octavæ, in qua vicit GLAUCIAS Crotoniata, anno ante natum Chriſtum quingenteſimo octogeſimo quarto, addita ad veterem κιθαρῳδίαν, cantum ad citharam, αὐλῳδίᾳ, cantu ad tibiam cum ipſis αὐλοῖς, tibiis ſine cantu, atque certamine equeſtri ac gymnico.

Obſervatio.

Populi ſunt, referente PAUS. Phocic. 8. Jones, Dolopes, Theſſali, Ænianes, Magnetes, Maleenſes, Phthiotæ, Dorienſes, Phocenſes, & Locri Phocidi finitimi; referente

rente ÆSCHINE orat. de falſa legat. Theſſali, Bœoti, Thebani, Dorienſes, Jones, Perrhæbi, Magnetes, Locri, Oetæi, Phthiotæ, Maleenſes, Phocenſes. At poſt bellum ſacrum *Phocenſes* & ex Dorico nomine *Lacedæmonii* ordine movebantur, locum in Amphictyonum curia occupantibus Macedonibus.

§. XVII.

Igitur prima Pythias numerari cœpta anno tertio Olymp. XLVIII. uti dictum eſt, in qua victores renunciati κιθαρῳδίᾳ CEPHALLEN Lampi filius; ἀυλῳδίᾳ ECHEMBROTUS Arcas; ἀυλοῖς SACADAS Argivus. indicta vero hic etiam ſunt Athletis certamina more Olympiorum, exceptis quadrigis. Secunda Pythias incidit in annum tertium Olymp. XLIV. ubi, repudiata ἀυλῳδίᾳ, tanquam ἐκ ἐυφήμῳ ἀκέσμαλι, addiderunt ἱππέων δρόμον, *equorum curſum*, ex Olympiade viceſima quinta, in quo vicit CLISTHENES Sicyoniorum tyrannus. Octava Pythias incidit in annum tertium Ol. LV. in qua lege ludorum comprehenſi ſunt κιθαρισαὶ οἱ ἐπὶ τῶν κρεμάτων τῶν ἀφώνων, qui aſſis fidibus canerent, voce humana non ad-

addita. vicit TEGEATES *Agelaus.* Viceſima demum tertia, anno tertio Olymp. LXX. ceteris ludicris adjunxit ὁπλίτην δρόμον, curſum armatum, ex Olympiade ſexageſima quinta, de quo lauream reportavit TIMÆNETUS Phliaſius. Octava poſthæc & quadrageſima Pythias, quæ attingit annum tertium Ol. XCV. συνωρίδος δρόμον conſtituit, bigarum certamen, vincentibus equis jugalibus EXECESTIDÆ Phocenſis. deſumtus mos eſt ex Olymp. poſt nonageſimam tertia. Quinta ab ea, hoc eſt, quinquageſima ſecunda ſub annum tertium Ol. XCIX. certavit pullis ad currum junctis ex proxime præcedente Olympiade nonageſima nona. vicit ORPHONDÆ Thebani τέθριππον, quadriga. Sexageſima & prima Pythias, anno tertio Ol. CVIII. admiſit παγκράτιον ἐν παισὶ, pancratium inter pueros, quo vicit LAIDAS Thebanus. Sexageſima tertia recepit curſum πώλου κέλητος, pulli injugis, vincente LYCORMA Lariſæo. Poſt hanc nona pullorum bigas introduxit anno tertio Olympiadis CXVI. συνωρίδα πωλικὴν, quo tempore vicit PTOLEMÆUS Macedo. *Ob-*

Obſervatio.

Ita PAUSANIAS iterum Phocicorum c. 7. ex quo, velut bono promo condo antiquitatum Græcarum, deſumſimus cum ERASMO SCHMIDIO, quicquid hic apparet in vulgus. Aulædorum ars autem reputata eſt ſecunda Pythiade propter concentum triſtem & lugubrem, quoniam elegi & funebres modi tibiis accini ſolebant, Ἐλεγεῖα καὶ θρῆνοι προσᾳδόμενα τοῖς αὐλοῖς, quod idem loco cit. probat inſcriptione ſuper æneo tripode Herculi Thebis de dicato, quæ ita habet: Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκε Ἡρακλεῖ νικήσας τόδ' ἄγαλμ' Ἀμφικτυόνων ἐν ἄθλοις, Ἕλλησι δ' ἀείδων μέλεα καὶ ἐλέγους ECHEMBROTUS ARCAS DEDICAVIT HOC SIMULACRUM HERCULI, QUUM PRÆMIUM LUDIS AMPHICTYONUM MERUISSET, DECANTATIS INTER GRÆCOS MODULIS ET ELEGIS.

§. XVIII.

Patet hinc ſatis abunde, quo quæque certaminum genera ludis his ſint adjecta, & quo modo cum Olympiis conveniant; quod qui intelligit, ad lectionem hiſtoriarum, aliorumque ſcriptorum non parum affert adjumenti. Quodſi vero quis dubitet, num ex Amphi-

phictyonum conſilio dexteritas quoque animi, an vires ſolum corporis fuerint in aliquo pretio atque æſtimatione hominum, cum in toto præcedente §. proponantur exempla non ad animi, ſed corporis exercitationem pertinentia: illi opponimus PLINIUM, locupletem teſtem, qui lib. VII. cap. 37. ubi agit de artium quarundam excellentia, Aſtrologia, Grammatica, Geometria, ſcribit, Grammatica enitenti APOLLODORO Amphictyones Græciæ honorem habuiſſe.

Obſervatio.

Valet hic quæ diximus in Olympiis §. VII. & Pythiis antiquis obſerv. ad §. XV.

§. XIX.

Variabat etiam præmium Victori in his ludis datum; primum enim, nondum inventa lauro, corona erat æſculea, poſt laurea, quod, uti tradit PAUSANIAS loco cit. Daphnen, Ladonis filiam ab Apolline adamatam, & in laurum mutatam fama vulgavit, hoc eſt, ut nonnulli interpretantur,

quod

quod Laurum Apollo è Theſſalia in Phocidem tranſlatam, ad Ladonis ripas plantavit. primo Amphictyonum tempore Eurylochus æneos tripodas & id genus alia ſanxit: ſed Pythiade ſtatim ſecunda, ad imitationem Olympiadum, οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζεσθαι, στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο, ſubmotis præmiis, Laurus iterum fuit recepta, & quidem ſecundum BRODÆUM Laurus, quæ maximis baccis pomorum inſtar, atque è viridi rubentibus erat. Hactenus de *Pythiis.*

Obſervatio.

OVIDIUS libro I. Metamorphoſeos de Pythiis ita:

„Neve operis (Pythonis interemti) famam
poſſet delere vetuſtas;
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.
Hic juvenum quicunque manu, pedibusve, rotave
Vicerat, Eſculeæ capiebat frondis honorem,
Nondum Laurus erat, longoque decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.„

 Ad

Ad ultima paragraphi verba pertinent, quæ LUCIANUS ſcribit dialogo de Gymnaſiis: Ὀλυμπιάσι μὲν ςέφανος ἐκ κοτίνε, Ἰσθμοῖ δὲ ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ σελίνων πεπλεγμένος, Πυθοῖ δὲ μῆλα τῶν ἱερῶν τε̃ θεε̃. „ In Olympicis quidem ex oleaſtro, in Iſthmiis ex pinu, in Nemeis ex apio corona connexa, at in Pythiis mala Deo conſecrata victoribus erant propoſita.„ & ARCHIUS in illo Epigrammatum lib. Antholog. cap. 1. Epigr.

Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

„Præmia ſunt oleæ, (*Ol.*) pinea, (*Iſth.*) mala, (*Pyth.*) apium, (*Nem.*) „

§. XX.

Nemea, quæ tertio referimus loco, fuerunt ἀγὼν ἐπιτάφιος, *ludus funebris*, hac occaſione inſtitutus, uti tradit fabuloſa antiquitas. Pactæ aliquando inter ſeſe fuerant Lemniades de interficiendis maritis & maribus adultis omnibus. Ex iis ſola Hypſipyle Thoanti patri, inſulæ Lemni regi, pepercerat. Quod quum reliquæ Lemniades intellexiſſent, ubi Argonautæ eſſent abnavigaturi, Thoantem quidem arcæ incluſum ſubmerſerunt: Hypſipylen vero ſuam reginam ut perfidam

fidam, ferro interficere decreverunt. Illa hoc animadvertens, fugit, & errabunda à latronibus capta, Lycurgo Nemeorum regi & Jovis ſacerdoti vendita fuit, qui ei Ophelten filium nutriendum tradidit. Circa ea tempora Duces illi ſeptem, Argivi, qui cum Polynice Oedipi filio ad Thebanam expeditionem iverant, dum per ſilvam ad Nemeam iter faciebant, ſiti laborantes forte fortuna in Hypſipylen inciderunt; quam quum iſtorum locorum gnaram judicarent, ut ſe ad fontem aliquem deduceret, rogarunt. Illa petentibus gratificatura, Ophelten puerum in Cupreſſeto illius loci inter herbas ludentem reliquit, & ſitientes ad aquas potabiles deduxit. Interim vero puer à ſerpente ictus exſpiravit. Quod quum Duces cum Hypſipyle reverſi vidiſſent, ſerpente telis confixo, Ophelten ſepelierunt, & in ſolatium nutricis, ac, ut animum teſtentur collati in ſe beneficii memorem, ludos funebres circa rogum inſtituerunt. Ibi tum unus ex ducibus Argivis Amphiaraus Vates, in exequiis Opheltæ nomen mutavit, & Ἀρχέμορον

 appel-

appellavit, non ſine omine, quod caſus hujus pueri eſſet ἀρχὴ μόρε, initium mortis, ſiquidem infeliciſſime pugnaturi erant. Alii Archemorum hunc Euphetæ & Creuſæ filium: alii Talai filium, & Adraſti fratrem, alii Lyri (forte Lycurgi) & Eurydices filium fuiſſe volunt. ÆLIANUS lib. IV. variarum hiſtoriarum, cap. 5. Pronacti ducum horum cauſa pereunti Ludos hoſce inſtitutos fuiſſe ait, Pronactemque diſtinctum facit ab Ophelta ſeu Archemoro, cum una eademque perſona ſit, qui Pronax & Ophelta dicitur, Lycurgi ſcilicet filius, ſicut patet ex PAUSANIÆ Laconicis, cap. 18. ubi dicitur Λύκεργος ὁ Πρώνακτος, *Lycurgus Pronactis*, ſcilicet pater.

Obſervatio.

Ita SCHOL. *Pindari* ad Nemea, è quo reliqui ſua collegerunt, uti v. g. NATALIS COMES Mythologiæ lib. V. cap. 3. & alii. Cæterum Polynices, Oedipi filius, qui Thebis regnavit, è terra patria exulatum abiens Argos confugit, ubi filiam ei nuptum dedit Adraſtus; defuncto poſt patre & orto diſſidio cum fratre ſuo Eteocle, ſoceri ſui opibus regnum recipere conatus eſt, ſed adver-
ſa

ſa fortuna ; ſiquidem & ipſe & frater ſingulari certamine mutuis vulneribus confecti occubuerunt. Duces Argivi, quorum auxilio in oppugnandis Thebis uſus eſt, fuerunt ex recenſione PAUSANIÆ Phocic. 10. Adraſtus *Talai*, Tydeus *Oenei* filius : *Prœti* nepotes Capaneus *Hipponoi*, & Eteoclus *Iphis* filius : Polynices item & Hippomedon ex *Adraſti* ſorore genitus, & Amphiaraus.

§. XXI.

Nemea dicuntur à ſilva quadam hujus nominis, quæ fuit inter Phliuntem & Cleonas urbes prope Argos & Corinthum, in qua hæc agitari certamina ſolebant, quemadmodum etiam tota Argiæ regio atque ſingularis in hac regione urbs Nemea vocabatur. Eadem vero hic obtinuerunt certaminum genera, quæ in ludis ſuperioribus, ϛάδιον, δίσκος, ἅλμα, πυγμὴ, πάλη, παγκράτιον, πένταθλον, ὁπλιτῶν δρόμος, ἅρμα, cui quatuor equi juncti erant, equeſtre puerorum certamen, μῆκος μὲν δίαυλοι δύο, longitudinem habens duorum διαύλων, iteratorum curriculorum, ſeu quatuor ϛαδίων ſimplicium, hoc eſt, D. paſſuum Geometricorum, quem currendi morem Nemeis & Iſthmiis ludis

ludis intermiſſum, Argivis reſtituit Adrianus Imperator, ſicut hæc omnia leguntur apud PAUSANIAM Eliacorum poſt. cap. 16. & paſſim in Nemeonicis PINDARICIS, ut & ejusdem Auctoris SCHOLIASTE, qui tamen excipit κέλητα καὶ δίφρον, quippe quos Nemea non receperunt; per δίφρον autem intelligit, quod nos in Olympiis §. VI. κάλπην diximus. Neque Ingenioſa neglexerunt, ut Citharœdorum, de quibus memorabile quiddam narrat PAUSANIAS Arcadicorum 50. „Nemea, inquit, celebrantibus Argivis, quum ludis intereſſet, certantibus citharœdis, Philopœmen, (acerrimus ille libertatis Græciæ vindex, contra tyrannum Spartanum Machanidam) ac tunc forte Pylades Megalopolitanus, homo magni inter citharœdos nominis, qui & Pythicam palmam tulerat, νόμον ſeu carmen illud Timothei Mileſii, quod Perſæ nominabatur, accineret, ita exorſus:

Κλεινὸν ἐλευθερίας τεύχων μέγαν Ἕλλαδι κόσμον.

„Qui libertatis decus affert nobile Grajis.„

con-

conjecerunt in Philopœmenem Græci univerſi oculos, & plauſu ingenti edito, certam ſignificationem dederunt eum verſum illi maxime convenire, & ad unum omnino eſſe referendum.

Obſervatio.

Nemeam & regionem, & urbem, & ſilvam nomen fuiſſe ſortitam à Nemea Aſopi filia natu maxima, PAUSANIAS refert Cor. 15. El. 22. forte παρὰ τὸ νέμεσθαι, *à paſcendo*, ob herboſa paſcua, quomodo & VIRGILIUS paſtoris meminit in hoc luco degentis, *Molorchi* nomine, Georg. III. v. 19. cujus gratia Hercules leonem Nemeæum occidiſſe fertur. STRABO lib. VIII. pag. 377. Ἐνταῦθα δ᾽ καὶ ἡ Νεμέα μεταξὺ Κλεωνῶν, καὶ Φλιοῦντος, καὶ τὸ ἄλσος, ἐν ᾧ καὶ τὰ Νέμεα συντελεῖν ἔθος τοῖς Ἀργείοις, καὶ τὰ περὶ τὸν Νεμεαῖον λέοντα μυθευόμενα.

§. XXII.

Cæterum fuit hic ἀγὼν στεφανίτης, præmiumque Victori data fuit corona ad exemplum aliorum ludorum celebrium, ne lucri cauſa, ſed ob virtutis decus certaſſe viderentur: tametſi promiſerint Argivi duces, ſe, ſi opulenti ex ſpoliis Thebanis redirent, ἀργυρίτην

ἑίτlω eum facturos : ſed hoc ob cladem acceptam ab iis præſtitum non fuit. Ac initio quidem olea Victores coronatos afferunt usque ad bella Medica tempore Xerxis & Artaxerxis : ubi viridi Apio, quod Græci σέλινον vocant, ad ſignificandum Archemori caſum coronari cœptum eſt. Eandem ob cauſam Judices horum certaminum, qui Argivi erant, Corinthii & Cleonæi, pullati ſedebant & habitu nigro, ut originem ſacrorum à luctu promonaſſe oſtenderent. Porro quoniam antiquitus erat inſtitutum militare, ſoli initio milites ſunt admiſſi, militumque filii, donec ſucceſſu temporis δημοτικῷ πλήθει quoque acceſſus patebat.

Obſervatio.

PAUS. Arcad. 48. Ἐν Ἰσθμῷ δὲ ἡ πίτυς καὶ τὰ ἐν Νεμέᾳ σέλινα ἐπὶ τοῦ Παλαίμονος καὶ τοῦ Ἀρχεμόρου τοῖς παθήμασιν ἐνομίσθησαν. & de veſtibus atris Judicum SCHOLIASTES *Pind.* οἱ κελλαὶ φαιὰς ἐσαλμένοι, στολὰς κρίνουσι τοὺς ἀγωνιζομένους, ὑπόμνημα τοῦ πένθους ταῖς στολαῖς ἐμφανίζοντες. ὁ γὰρ ἀγὼν ἐπιτάφιος. reliqua ibidem leguntur, ut & in cit. PAUS.

§. XXIII.

§. XXIII.

Quod vero reliquis accidit, ut ſæpe mutarentur, ſæpe etiam intermitterentur, id his quoque eveniſſe reperimus; ſiquidem paulo poſt initium ſacrorum Hercules, Leone Nemæo in eadem ſilva occiſo, ludos dignitate & amplitudine auxit, proque Archemoro Jovi Nemeæo dicavit, itemque poſtea Epigoni, poſteri ſcilicet & filii ducum Argivorum, qui antea Thebas infeſto petierunt agmine, quum ad ſecundum bellum Thebanum profecturi eſſent, ludos hosce renovaſſe leguntur, palmam de curſu auferente Melanippo Theſei filio. Tandem, ubi diu intermiſſa jacebant, priſtino nitori reſtituit Adrianus Imperator, de quo §. XXI. Interim, quemadmodum ſuperiores ludi erant πενταετηρικοὶ, quinto quoque anno celebrandi, ita hi fuerunt τριετηρικοὶ vel τριετεῖς, tertio quoque anno currente, poſt biennium quodque ſolidum agendi, & quidem hyberno tempore, die nimirum duodecimo menſis Βοηδρομιῶνος, qui cum Auguſto vel Septembri Ro-

Romanorum coincidit. Initium autem Nemeorum etſi tempore expeditionis Thebanæ factum: tamen in quod tempus continuatio ordinaria ſit referenda, ex hiſtoria non conſtat, quum anni Νεμεάδων non ita fuerint numerati, aut temporum & hiſtoriarum characteres habiti, ut Ὀλυμπιάδων & Πυθιάδων, ita ut neque ad Olympiades, neque ad Pythiades certa alligari ſerie poſſent. EUSEBIUS ſaltem auctor eſt, primam Nemeadem in annum ſecundum incidere Olympiadis quinquageſimæ tertiæ.

Obſervatio.

Sunt, qui ipſum Herculem, occiſo Leone Nemeæo, horum ludorum auctorem faciunt, inter quos videtur eſſe CAROLUS RUÆUS ad cit. locum VIRGILII; quod hauſiſſe videntur ex his interpretis *Pindarici* verbis, quibus ille uſus eſt in hypotheſi Nemeis præmiſſa: Τὸν ἀγῶνα τῶν Νεμέων τινὲς μὲν ὑφ' Ἡρακλέους τιθεῖσθαί φασιν, ἐπὶ τῇ τοῦ λέοντος ἀναιρέσει. & iſtis PAUSANIÆ lib. Corinthiacorum, cap. 15. Θύουσι δὲ Ἀργεῖοι τῷ Διῒ καὶ ἐν τῇ Νεμέᾳ, καὶ Νεμείου Διὸς ἱερέα αἱροῦνται. καὶ δὴ καὶ δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα ἀνδράσιν ὡπλισμένοις, Νεμείων πανηγύρει τῶν χειμερινῶν. „Sacra Jovi Nemeo Argivi in Nemea faciunt,

cique

eique certum ſacerdotem deligunt: & armatis viris curſus certamina proponunt in ipſo Nemeorum conventu, qui per brumæ dies celebratur.„ quem locum ideo adducendum cenſeo, quod duos dealbat parietes, ac ſimul oſtendit, quo anni tempore ſint agitata hæc certamina. *Idem* Phocic. 25. Ἀργεῖοι δὲ ἐκ τῆς Σύννιδος θυγατρὸς γενέσθαι Θησεῖ Μελάνιππον λέγουσι, καὶ ὡς ἀνέλοιτο ὁ Μελάνιππος δρόμου νίκην, ὅτε οἱ Ἐπίγονοι καλούμενοι Νέμεα δεύτεροι οὗτοι ἔθεσαν μετὰ Ἄδραστον. Nomina *Epigonorum* recenſentur cap. 10. Sthenelus, Alcmæon, Therſander, Ægialeus, Diomedes, Promachus & Euryalus. Hi feliciore cum ſucceſſu contra Thebanos pugnantes, Laodamantem Eteoclis filium coëgerunt fuga ſe in Illyrios recipere, Thebasque expugnatas per obſidionem Therſandro Polynicis filio tradiderunt, Bœot. 5.

§. XXIV.

Haſtenus de Nemeis, ut facilis aperiatur tranſitus ad *Iſthmia*, ultima certamina Græcorum ſolemnia in Iſthmo Corinthi celebrata, de quibus breviter in hiſtoria Græciæ c. I, §. XXVIII. obſerv. Occaſio autem ludorum Iſthmiorum ex ore ERASMI SCHMIDII hæc fuit. Ino Athamantis regis Orchomeniorum Bœotiæ (PAUSAN.

lib. IX. Bœot.) ad inſaniam adacti uxor, à marito, cui fera videbatur, petita, cum filio Melicerta ad petram Moluridem in Pelagus deſiliit: & Ino quidem Neptuni commiſeratione in Leucotheam converſa credita fuit. Melicertes vero Palæmon habitus fuit: cujus tamen cadaver à delphine quodam in littus ejectum, à Siſypho inventum & ſepultum fuit, veſpillonibus uſo Amphimacho & Donacino, qui à Schœnunte promontorio ad locum ſepulturæ portarunt, ut notant partim PAUSANIAS in Cor. partim cit. *Scholiaſtes.* Poſt quum peſte Corinthii vexarentur, reſpondit Apollo: Non deſiturum malum, niſi ἐπιτάφιος ἀγὼν Melicertæ inſtituatur. Quod quum initio Corinthii ſegnius facerent, tandem peſtilentia, ut iterum quærerent, adactis reſpondit Apollo: Honorem perpetuum Melicertæ eſſe inſtituendum. Siſyphus itaque Corinthiorum rex, Athamantis frater, ludos in honorem Melicertæ vel Palæmonis, qui jam pro Deo marino colebatur, prout etiam antea à Nereidibus, quas ſaltantes aliquando invenerat, juſſus fuerat, in-

ſtituit,

ſtituit, & à loco Iſthmios appellavit. Agebantur autem eo tempore noctu, initiorum magis, quam ſpectaculorum celebrium ſpeciem præ ſe ferentes. Hos, quum poſtea diu intermiſſi fuiſſent propter latrocinia, quibus peregrini arcebantur, Theſeus, undecimus rex Athenienſium, quum latrocinia Græciæ, ut & Hercules circa eadem tempora, ſuſtuliſſet, & inprimis Corinthiacum tractum à latrociniis Sinnidis, qui pinibus diverſis deflexis, & ſibi ipſis iterum uno impetu remiſſis, viatores, quos ceperat, diſcerpere ſolebat, unde Πιτυοκάμπτης dicebatur, ipſo Sinnide hoc ipſo mortis genere ſublato, liberaſſet, inſtauravit, & Neptuno ſacros eſſe juſſit, puta cujus templum in Iſthmo vicinum erat, & cujus numini victoriam de Sinnide acceptam referebat. Fecit autem eos ex nocturnis diurnos, & longe illuſtriores, quam olim fuiſſent, ut ita Iſthmiorum Neptuno ſacrorum primus auctor haberi poſſit: ſicut & de ipſo PLUTARCHUS ſcribit, quod gloriari fuerit ſolitus: Ob Herculem Jovi Olympia; propter ſe vero Neptu-

no Iſthmia à Græcis celebrari. Quo nomine etiam ut auctor, cum Corinthiis ita convenit, ut Athenienſes ad Iſthmia accedentes, tantum in conſeſſu præferrentur aliis, quantum loci velum navis, quæ eo ſpectandi gratia appuliſſet, extenſum occuparet. Sicut hæc Idem deſcribit in Theſeo. Atque horum certaminum Iſthmicorum cauſa, magna Corintho acceſſerunt commoda, quandoquidem magna hominum turba adveniebat, ut STRABO teſtatur lib. VIII. pag. 378. Ex omnibus tamen nationibus ſoli Elei ad Iſthmica certamina non veniebant, ex tali cauſa. Confixerat Hercules ſagittis Eurytum & Cteatum, ludos Iſthmicos ſpectatum proficiſcentes, ex inſidiis ad Cleonas Argolidis urbem, quod ſibi in bello contra Augeam Elidis regem reſtitiſſent, & magno impedimento fuiſſent. Cognito auctore, Elei ab Argivis, quoniam tunc Tirynthe Hercules agebat, eum ad pœnas depopoſcerunt, quandoquidem ad certamina ſacra profiſcentes inviolati eſſe debebant, teſte PLUTARCHO. Id quum Argivi recuſaſſent, à Corinthiis po-

poſtularunt, ut quicquid Argolici nominis eſſet, ab Iſthmicis ludis arcerent. Quod quum & ipſum fruſtra petiiſſent, Molione interfectorum mater, omnes Eleos diris devovit, quotcunque ab Iſthmicis ludis non abſtinuiſſent. Quod Moliones edictum tam religioſe obſervarunt Elei, ut perpetuo deinceps, ejus devotionis metu, ab Iſthmicis certaminibus abſtinuerint, etiamſi aliis interfuerint. Hinc TIMONI *Eleo*, qui de πεντάθλῳ, ludis Græciæ omnibus coronas accepit, ut PAUSANIAS in El. prior. ſcribit cap. 2. in Olympia ſtatua poſita fuit cum elegis omnes ejus viri victorias teſtantibus, inter quos & hi verſus fuerunt:

Σισυφίαν δ' μολεῖν χθόν' ἐκώλυεν ἀνέρα νίκη
Ἀμφὶ Μολιονιδᾶν ὀλομένῳ θανάτῳ.

„Siſyphiis juvenem vetuit ſuccedere terris
Dira Molionidûm pœna ſecuta necem.„

Obſervatio.

Ἰσθμὸς proprie dicitur *Collum*, pars illa, quæ inter os & gulam ſeu guttur in modum Iſthmi interjecta, παρὰ τὸ εἰσιέναι τὴν τροφὴν δι' αὐτῆ, quod per eam ceu per anguſtum

tramitem cibus & potus in ventrem demittantur, uti placet *Etymologiſtis* & *Schol.* HOM. Tonſillæ hinc, collo utrinque annexæ vocantur Παρίσθμια, φλεγμοναὶ τῶν κατὰ τὸν Ἰσθμὸν χωρίων, GAL. comment. 3. in aphor. HIPPOCRAT. & ob *Colli* ſimilitudinem, Ἰσθμοὶ dicuntur στεναὶ γῆς διέξοδοι μεταξὺ δύο θαλαττῶν, tractus bimares anguſti. Cujusmodi cum ſint plures in orbe terrarum: peculiariter tamen & ἐξοχικῶς illa anguſtia, quæ Peloponneſum continenti connectit, ita appellari meruit, ubi Corinthus eſt, à qua & Iſthmus Corinthiacus nominari ſolet. v. Hiſtor. Græciæ, obſerv. ad §. XXVIII. cap. I. ceterum PLUTARCHI verba, è quo plurima deſumta ſunt, in Theſeo ita leguntur: Καὶ τὸν ἀγῶνα πρῶτος (Theſeus) ἔθηκε, κατὰ ζῆλον Ἡρακλέους· ὡς δι᾽ ἐκεῖνον Ὀλύμπια τῷ Διῒ, καὶ δι᾽ αὐτὸν Ἴσθμια τῷ Ποσειδῶνι φιλοτιμηθεὶς ἄγειν τοὺς Ἕλληνας. ὁ γὰρ ἐπὶ Μελικέρτῃ τεθεὶς αὐτόθι, νυκτὸς ἐδρᾶτο, τελετῆς ἔχων μᾶλλον, ἢ θέας, καὶ πανηγυρισμοῦ, τάξιν. Ἔνιοι δέ φασιν, ἐπὶ Σκίρωνι τὰ Ἴσθμια τεθῆναι, τοῦ Θησέως ἀφοσιουμένου τὸν φόνον, διὰ τὴν συγγένειαν. Σκίρωνα γὰρ υἱὸν εἶναι Κανήθου, καὶ Ἡνιόχης, τῆς Πιτθέως. οἱ δὲ Σίννιν, οὐχὶ Σκίρωνα· καὶ τὸν ἀγῶνα τεθῆναι, διὰ τοῦτον ὑπὸ Θησέως, οὐ δι᾽ ἐκεῖνον. ἔταξεν οὖν, καὶ διορίσατο πρὸς τοὺς Κορινθίους, Ἀθηναίων τοῖς ἀφικνουμένοις ἐπὶ τὰ Ἴσθμια παρέχειν προεδρίαν, ὅσον ἂν τόπον ἐπίσχῃ καταπετασθὲν τὸ τῆς θεωρίδος νεὼς ἱστίον· ὡς Ἑλλάνικος καὶ Ἄνδρων ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἱστορήκασιν. conf. PAUSAN. Cor. 1.

§. XXV.

§. XXV.

Certamina in *Iſthmiis* uſitata fuerunt omnis generis, ut in aliis ludis, Olympiis, Pythiis & Nemeis; cum his inprimis & in eo conveniunt, quod erant τετραετηρικοὶ, quanquam PLINIUS lib. IV. cap. 5. quinquennales fuiſſe cenſet, cum quo ſentit SOLINUS. Corona pro præmio antiquitus data fuit ex Pinu, forte quia certamen Neptuno ſacrum, & pinus exhibet ξύλα πλωϊμώτατα, vel in memoriam ſuperati Πιτυοκάμπτε; πίτυς enim pinus dicitur: poſtea vero ex Apio arido, σελίνῳ ξηρῷ, uti in Nemeis χλωρῷ, quo alluſiſſe divum PAULUM exiſtimat ER. SCHMIDIUS, ſi 1. Cor. IX. 25. meminit ςεφάνε φθαρτε, quem ſtadii curſores ſperabant, & cum eo confert τὸν ἄφθαρτον, quem ex ſuo curriculo Chriſtiani adipiſcuntur. Quando vero inceperint hi ludi, adhuc latet, etſi pro certo affirmari poteſt & debet, omnibus reliquis fuiſſe antiquiores, ſed temporum tamen atque hiſtoriarum rationes nunquam dediſſe.

Obſervatio.

Conſentaneum porro huic certamini

Apium erat, quoniam planta eſt aquatica Neptuno conveniens, & feralis, memoriæ Melicertæ inſerviens; quandoquidem & feralibus epulis adhibebatur, & eâdem ſepulcra coronabantur, PLIN. XX. 11. & SUIDAS ex *Duride* narrat. Hinc proverbialis locutio de iis, qui quam periculoſiſſime ægrotant: Τȣ̃ σελίνȣ δεῖται, Apio opus eſt. vid. ERASMI Adag. 85. Chil. II. Cent. X. Denique antiquitatem & dignitatem Iſthmiorum exemplo Titi Quintii Flaminii illuſtrat LIVIUS Hiſt. lib. XXXIII. cap. 18. qui omnino videndus.

CAPUT III.

DE ORACULIS PRÆCIPUIS.

§. I.

AGendum nunc eſt, ſed breviter, de *Oraculis*; ſiquidem & Oracula aliquam cultus divini partem conſtituere cenſenda ſunt. Intelligimus autem per ea nihil aliud, quam reſponſa dæmonum, ſive hominum divino inſtinctu atque afflatu perfundi creditorum, quæ rogati in dubiis caſibus edebant; raro vera, ſæpiſſime ſi non

non falſa, tamen flexiloqua & obſcura, ambigua & plane ænigmatica.

Obſervatio.

Oraculum quando ſumitur pro *ipſo demonis reſponſo*, Græcis dicitur χρησμὸς, de qua voce HESYCHIUS in Lex. χρησμὸς, inquit, προφητεία, πρόῤῥησις, ὁ παρὰ Θεοῦ διδόμενος λόγος, ἡ μαντεία: quando *pro loco. in quo rogatur*, χρηστήριον, locus oracularis. vid. JULIUS POLLUX lib. I. Onomaſt. c. 1. n. 18. Latini deducunt ab *ore*, ISIDORUS *Hiſpal.* lib. XV. Origin. cap. 4. Oracula dicta eo, quod inde reſponſa redduntur, & oracula ab ore: vel ab oratione, CICERO de Divinat. & Topic. Oracula eo ipſo appellata ſunt, quod ineſt in his deorum oratio. Cæterum nihil moror M. ANNÆI SENECÆ definitionem, quæ tamen magis quadrat in oracula, quæ funduntur in S. S. à Diviniore Spiritu, quam in fallacias deorum gentilium. ita ille in præf. libri I. Controverſiarum? „Quid enim eſt oraculum? Nempe voluntas divina hominis ore enuntiata.„ Magis me movet teſtimonium TULLII, quando de Divin. lib. II. in *Chryſippum* invehitur memorabilem præ omnibus aliis oraculorum interpretem. Sed jam ad te, ait CICERO, venio,

„O ſancte Apollo, qui umbilicum terrarum certum obſides,
Unde ſuperſtitioſa primum ſæva evaſit vox fera.„

Tuis enim oraculis Chryſippus totum volumen implevit partim falſis, ut ego opinor, partim caſu veris, ut fit in omni oratione ſæpiſſime: partim flexiloquis & obſcuris, ut interpres egeat interprete, & ſors ipſa referenda ſit ad ſortes: partim ambiguis, & quæ ad dialecticam referenda ſint.„

§. II.

Antiquiſſima omnium ſunt Oracula *Jovis Dodonæi* in Epiro, & alterum Jovis *Ammonis* in arenis Libyæ, ad quæ duo ex omnibus Orbis partibus commeabant, ſciſcitaturi rerum eventus futuros. Fuit nimirum, ut de primo loquar, prope Dodonam urbem Chaoniæ vel Moloſſidis, quæ regio montana Epiri eſt, quercetum Jovi ſacrum antiqua religione venerabile. nam, præter id, quod in eo Dryades, & Fauni, atque Satyri habitare, & in arborum umbra ſimul colludere chorosque ducere crederentur, quædam aderant quercus & fagi vocales, quæ cum ſumma audientium admiratione ac tremore conſulentibus reſponſa dabant & futura prædicebant. appenſa inſuper in ſummitate quercuum erant ahe-

ahenea crepitacula & tintinnabula, quæ vel leviſſimis ventis agitata ſonitum frequentem & argutum per dies noctesque reddebant : unde proverbialis locutio, Δωδωναῖον χαλκεῖον, *æs Dodonæum*, in homines improbos atque importunæ loquacitatis. Fabulantur alii in templo Jovis Dodonæi duas columbas conſulentibus reſponſa dediſſe, quarum altera Delphos, altera vero in Ammonis templum volaverit. meminit iſtarum POETA his verſibus:

„Non me Chaoniæ vincant in amore columbæ,
Dicere quem juvenem quæque puella colat.„

Scilicet cœperunt haud multo poſt inſtitutum Oraculum duæ mulieres ſacerdotes reſponſa reddere, quarum una vocabatur *Periſtera*, altera *Triton*: quoniam autem Periſtera columbam ſignificat apud Græcos, occaſio ſubnata eſt fabulandi de duabus columbis vaticinatricibus.

Obſervatio.

SUIDAS in Lex. voce Δωδώνη. Δωδώνη πόλις ἐν τῇ Θεσπρωτίδι Πελασγίᾳ, ἐν ᾗ ἵστατο δρῦς,

δρῦς, ἐν ᾗ μαντεῖόν ἦν γυναικῶν πεφρητίδων. Καὶ εἰσιόντων τῶν μαντευομένων ἐκινεῖτο δῆθεν ἡ δρῦς ἠχοῦσα. Αἱ δὲ ἔφθασαν ὅτι τάδε λέγει ὁ Ζεύς. καὶ ἀνδριὰς ἵστατο ἐν ὕψει ῥάβδον κατέχων, καὶ παρ' αὐτὸν λέβης ἵστατο, καὶ ἔπαιεν ὁ ἀνδριὰς τὸν λέβητα· ἐξ οὗ ἦχος τὶς ἐναρμόνιος ἀπετελεῖτο. Αἱ δὲ τῶν δαιμόνων φωναὶ ἄναρθροί εἰσι „ Dodona urbs Pelasgia in Theſprotide, in qua quercus erat & mulierum fatidicarum oraculum. Ingredientibus autem illis, qui conſulebant oraculum, movebatur ſcilicet ipſa quercus reſonans. Illæ vero loquebantur & Oraculi conſultoribus dicebant, Jupiter hæc dicit. & ſtatua ſtabat in alio virgam tenens, & prope ſtatuam ipſam erat lebes, unde ſonus quidam harmonicus edebatur. Dæmonum enim voces ſunt inarticulatæ. „ Item: Δωδωναῖον χαλκεῖον· Δήμων γὰρ φησιν, ὅτι τὸ τοῦ Διὸς μαντεῖον ἐν Δωδώνῃ λέβησιν ἐν κύκλῳ περιείληπται. Τούτους δὲ ψαύειν ἀλλήλοις, καὶ κρουσθέντος τοῦ ἑνὸς, ἠχεῖν ἐκ διαδοχῆς πάντας, ὡς διὰ πολλοῦ χρόνου γίνεσθαι τῆς ἠχῆς τὴν περίοδον. Ἀριστοτέλης δὲ ὡς πλάσμα διελέγχων, δύο φησὶ στύλους εἶναι, καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ ἑτέρου λέβητα· ἐπὶ θατέρου δὲ παῖδα κρατοῦντα μάστιγα, ἧς τοὺς ἱμάντας χαλκέους ὄντας σειομένους ὑπ' ἀνέμου τῷ λέβητι προσκρούειν· τὸν δὲ τυπτόμενον ἠχεῖν. „ Demon enim narrat, Dodonæi Jovis Oraculum lebetibus undique circumdatum fuiſſe: hos vero inter ſe contiguos fuiſſe, & horum uno pulſato, omnes ordine reſonare ita, ut illius ſoni circuitus diu duret. Ariſtoteles vero ut figmen-

figmentum hoc redarguens, duas columnas eſſe dicit, & in altera quidem lebetem, in altera vero puerum, qui tenet flagellum, cujus ærea ſunt lora, quæ à vento agitata, in lebetem impingunt. Illum vero pulſatum reſonare.„ Quod attinet tritum illud ſermone prov. cit. Auctor exponit ἐπὶ τῶν μικρολογούντων, *de ſordidis & quantumvis puſilla de re querulis*: alii vero ἐπὶ τῶν πολυλόγων, uti diximus. VARINUS in Lex. Δωδωναῖον χαλκεῖον· ἐπὶ τῶν πολυλόγων. Χαλκεῖον γὰρ ἠχεῖ αὐτόθι πληττόμενον τεχνικῶς ὑπὸ μάστιγος· ἢ καὶ κατὰ βίαν ἀνέμων. meminit ita quoque JULIUS POLLUX lib. VI. in cap. de loquacibus, & STEPHANUS περὶ πόλεων in Δωδώνη. ERASMUS Chil. I. Cent. I. Adag. 7. alluſiſſe huc cenſet JUVENALEM, ſi Satyr. VI. v. 440. muliebrem garrulitatem ita taxat:

- - - „Verborum tanta cadit vis;
Tot pariter pelves, tot tintinnabula dicas
Pulſari.„

§. III.

Ammoniaca regio, ubi ſcilicet templum & oraculum Jovis Ammonis, fuit in medio poſita inter Marmaricam, mare Ægyptium, Ægyptum, & quæ ei ſubjacet, Æthiopiam. Hic Jupiter Ammon, quem capite arietino cum cornibus fingebant, rogantibus conſilia

filia dabat, futuroſque eventus maximam partem nutu & ſignis, non ſermone proferebat. Locus eſt aditu longe difficillimus, via arenoſa & plane deſerta, ita ut quotieſcunque Auſter ſpirat, ob immenſam turbatæ arenæ copiam ne veſtigia quidem viarum appareant, &, perinde ut in pelago, qua eundum ſit, cerni præ multitudine ſabuli nequeat. Eo non ſine magno vitæ diſcrimine migravit *Alexander M.* partim æmulatione ductus Perſei & Herculis, quorum uterque Ammonem quondam conſuluiſſe credebantur, partim ob ſuperbiam, quod Ammonis filius haberi volebat.

Obſervatio.

En locum ARRIANI *περὶ ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου ἱστορ.* lib. III. p. m. 158. ita eſt comparatus, ut hoc tempore ſatis quod eſt, poſſit facere. *Ἐπὶ τούτοις*, inquit, *δὲ πόθος λαμβάνει αὐτὸν ἐλθεῖν παρ' Ἄμμωνα ἐς Λιβύην, τὸ μέν τι τῷ θεῷ χρησόμενον, ὅτι ἀτρεκὲς ἐλέγετο εἶναι τὸ μαντεῖον τοῦ Ἄμμονος, καὶ χρήσασθαι αὐτῷ Περσέα καὶ Ἡρακλέα· τὸν μὲν, ἐπὶ τὴν Γοργόνα, ὅτε πρὸς Πολυδέκτου ἐστέλλετο· τὸν δὲ, ὅτε παρ' Ἀνταῖον ᾔει εἰς Λιβύην, καὶ παρὰ Βούσιριν εἰς Αἴγυπτον. Ἀλεξάνδρῳ δὲ φιλοτιμία ἦν πρὸς*

πρὸς Περσέα καὶ Ἡρακλέα, ἀπὸ γένες τε ὄντι τῷ ἀμφοῖν· καί τι καὶ αὐτὸς τῆς γενέσεως τῆς ἑαυτῷ ἐς Ἄμμωνα ἀνέφερε, καθάπερ οἱ μῦθοι τῆς Ἡρακλέυς τε καὶ Περσέως ἐς Δία. καὶ ἐν παρ' Ἄμμωνα ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἐςέλλετο, ὡς καὶ τὰ αὐτῷ ἀτρεκέςερον εἰσόμενος, ἢ φήσωνγε ἐγνωκέναι. μέχρι μὲν δὴ Παραιτονίε παρὰ θάλασσαν ἤει δι' ἐρήμε, ἐ μέντοι δι' ἀνύδρε τῆς χώρας, ςαδίες ἐς χιλίες καὶ ἑξακοσίες, ὡς λέγει Ἀριςόβελος. ἐντεῦθεν δὲ ἐς τὴν μεσόγαιαν ἐτράπετο, ἵνα τὸ μαντεῖον ἦν τῷ Ἄμμωνος. ἔςι δὲ ἐρήμη τε ἡ ὁδὸς, καὶ ψάμμος ἡ πολλὴ αὐτῆς, καὶ ἄνυδρος. ὕδωρ δὲ ἐξ ἐρανῷ Ἀλεξάνδρῳ πολὺ ἐγένετο· καὶ τῦτο ἐς τὸ θεῖον ἀνηνέχθη. ἀνηνέχθη δὲ ἐς τὸ θεῖον καὶ τόδε· ἄνεμος Νότος ἐὰν πνεύσῃ ἐν ἐκείνῳ τῷ χώρῳ, τῆς ψάμμε ἐπιχορεῖ κατὰ τῆς ὁδῷ ἐπὶ μέγα, καὶ ἀφανίζεται τῆς ὁδοῦ τὰ σημεῖα, οὐδὲ ἔςιν εἰδέναι, ἵνα χρὴ πορεύεσθαι, καθάπερ ἐν πελάγει, τῇ ψάμμῳ· ὅτι σημεῖα ἐκ ἔςι κατὰ τὴν ὁδὸν, ἔτε πε ὄρος, ἔτε δένδρον, ἔτε γήλοφοι βέβαιοι ἀνεςηκότες, οἷςισιν οἱ ὁδῖται τεκμαίροιντο ἂν τὴν πορείαν, καθάπερ οἱ ναῦται τοῖς ἄςροις. &c. Formam ipſam Jovis Ammonis, qualem exhibet nummus argenteus etiam inter Ser. Reginæ Suedicæ numiſmata reſervatus, tradit IS. VOSSIUS in obſervationibus ad POMP. MELÆ lib. I. cap. VIII. pag. 348. & ita deſcribit DIODORUS SICULUS: Τὸ δὲ τῷ θεῷ ξόανον ἐκ σμαράγδων καὶ λίθων ἄλλων περιέχεται, καὶ τὴν μαντείαν ἰδιάζεσαν παντελῶς ποιεῖται. ἐπὶ νεὼς γὰρ περιφέρεται χρυσῆς ὑπὸ ἱερῶν ὀγδοήκοντα. οὗτοι δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντες τὸν θεὸν, προάγεσιν

γουσιν αὐτομάτως ὅπου ποτ᾽ ἂν ἄγοιτο τοῦ θεοῦ νεῦμα τὴν πορείαν· συνακολουθεῖ δὲ πλῆθος παρθένων καὶ γυναικῶν παιᾶνας ᾀδόντων κατὰ πᾶσαν τὴν ὁδὸν, καὶ πατρίῳ καθυμνούντων ᾠδῇ τὸν θεόν. „ Simulacrum dei è Smaragdis & aliis gemmis eſt coagmentatum: & peculiari novoque plane vaticinandi genere oracula edit. In aurea enim navi à ſacerdotibus octoginta circumfertur: qui humeris deum geſtantes eo tendunt, quo forte fortuna dei nutus eos agit. Sequitur ingens matronarum virginumque turba, per totum iter pæanas canentium, deumque hymno patrio celebrantium. „ conf. adhæc CURTIUS, lib. IV. cap. VII. STRABO, lib. XVII. pag. 814. Memorabilis præterea his in locis erat *fons quidam ſacer*, quem MELA fontem ſolis appellat loco cit. hujus aqua die erat potabilis & guſtatu ſuavis, nocte vero æſtu torrebat. Ovidius.

- - „ Medio tua corniger Hammon
Unda die gelida eſt, ortuque obituque caleſcit. „

Accurate de ea diſſerit ARRIANUS lib. III. p. m. 161. PLINIUS lib. II. cap. 103. SOLIN. cap. 12.

§. IV.

Omnium vero Oraculorum multo celeberrimum habebatur *Apollinis Pythii* apud Delphos Phocidis oppidum,

dum, id quod jam oſtenſum ivimus, tum ingentibus theſauris inibi conſtructis, tum Pythiis ludis illic celebrari ſolitis, in Hiſtor. Græciæ cap. II. §. X. STRABO certe, ex quo, & PAUSANIA, cit. loco & conſtitutionem & originem hujus oraculi dedimus, narrat πλῆθος τῶν ἱσορεμένων χρησμῶν, fuiſſe multitudinem oraculorum ſcripto conſignatorum. Agnovit etiam hoc, uti reliqua, mulieres Oraculorum interpretes, quarum prima celebratur *Phemonoë*, utpote quæ prima hexametro carmine ceciniſſe dicitur. Fuerunt tamen ibidem multi poëtæ apud oraculum deſidentes, qui proſa oratione edita ſimulatque exceperint, in verſus numeroſque redegerunt. Totius vero Oraculi deſcriptionem liceat verbis JUSTINI ex lib. XXIV. 6. proferre; hanc enim ut notabilem commendat JO. ALBERTUS FABRICIUS in Bilioth. Græca lib. I. cap. XXVII. Templum, inquit, Apollinis Delphis poſitum eſt in monte Parnaſſo, in rupe undique impendente: ibi civitatem frequentia hominum facit, qui ad affirmationem majeſtatis undique con-

currentes, in eo ſaxo conſedere: atque ita templum & civitatem non muri, ſed præcipitia, nec manufacta, ſed naturalia præſidia defendunt, prorſus ut incertum ſit, utrum munimentum loci, an majeſtas dei plus hic admirationis habeat. Media ſaxi rupes in formam theatri receſſit. Quam ob rem & hominum clamor, & ſi quando accedit tubarum ſonus, perſonantibus & reſpondentibus inter ſe rupibus, multiplex audiri, ampliorque, quam editur, reſonare ſolet. Quæ res majorem majeſtatis terrorem ignaris rei, & admirationem ſtupentibus plerumque affert. In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, planicies exigua eſt, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet: ex quo frigidus ſpiritus vi quadam velut vento in ſublime expulſus, mentes vatum in vecordiam vertit, impletasque deo, reſponſa conſulentibus dare cogit. Multa igitur ibi & opulenta regum populorumque viſuntur munera, quæque magnificentia ſui, reddentium vota gratam voluntatem, & deorum reſponſa manifeſtant.

Obſer-

Obſervatio.

Ita quoque SUIDAS in voce Πυθώ. Φωκὶς χώρα ἐςὶ τῆς Ἑλλάδ☉, περὶ ἣν πόλις ἡ καλȣμένη Δελφοί. Περὶ ἣν πόλιν τὸ ἱερὸν ἦν τȣ̃ Ἀπόλλων☉, ὃ καλεῖτο Πυθώ. Ἐν ᾧ χαλκȣ̃ς τρίπȣς ἵδρυτο, καὶ ὕπερθεν φιάλη, ἣ τὰς μαντικὰς εἶχε Ψήφȣς, αἵτινες ἐῤῥμένων τῶν μαντευομένων ἥλλοντο. Καὶ ἡ Πυθία ἐμφορȣμένη, ἤτοι ἐνθȣσιῶσα, ἔλεγεν ἃ ἐξέφερεν ὁ Ἀπόλλων. Ἐκλήθη δὲ Δελφοὶ τὸ ἱερὸν τȣ̃ Ἀπόλλων☉, διὰ τὸ τὸν δελφίνιον δράκοντα ἐκεῖ εὑρεθῆναι, ὃν ἀπέκτεινεν ὁ Ἀπόλλων. Πυθὼ δὲ, διὰ τὸ ἐκεῖ σαπῆναι, ἢ διὰ τὸ ἐρωτᾶν. conf. cap. ſuper. obſerv. ad §. XIII. de Phemonoë PAUSANIAS Phocic. 5. Μεγίςη δὲ καὶ παρὰ πλείςων εἰς Φημονόην δόξα ἐςὶν, ὡς πρόμαντις γένοιτο ἡ Φημονόη τοῦ θεοῦ πρώτη, καὶ πρώτη τὸ ἑξάμετρον ᾖσε. Verſum ſcilicet hunc, uti comment. CL. KUHNIUS:

Συμφέρετε πτερά τ' οἰωνοὶ, κηρόντε μέλισσαι.
„Huc date apes ceram, pennas huc ferte volucres.„

Poëtarum meminit his PLUTARCHUS de Pyth. Oracul. T. II. p. 407. Πολλῶν δὲ ἦν ἀκȣ́ειν ὅτι ποιητικοί τινες ἄνδρες ἐκδεχόμενοι τὰς φωνὰς καὶ ὑπολαμβάνοντες ἔτι κάθηνται περὶ τὸ χρηςήριον, ἔπη καὶ μέτρα καὶ ῥυθμοὺς οἷον ἀγγεῖα τοῖς χρησμοῖς, ἐκ τοῦ προστυχόντ☉ περιπλέκοντες. „Multos quoque audiviſſes, qui dicerent poëtas quosdam etiamnum apud oraculum ſedere, qui voces exciperent, iis-

que ſubito verſus & numeros tanquam vaſa quædam circumplicarent.„ conf. Hiſt. Græc. obſerv. ad §. X. cap. II. Quantam autem fidem atque æſtimationem invenerit ap. mortales Oraculum Apollinis, colligi poteſt cum ex verſibus, quos adducit CICERO Orat. lib. I. in laudem JCtorum. Ait: „ Quid eſt enim præclarius, quam honoribus & Reip. muneribus perfunctum ſenem, poſſe ſuo jure dicere idem, quod apud *Ennium* dicat ille Pythius Apollo, ſe eſſe eum, unde ſibi, ſi non populi & reges, at omnes ſui cives conſilium expetant.

Suarum rerum incerti? quos ego mea ope ex
Incertis certos, compotesque conſili
Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.

Eſt enim ſine dubio domus Juriſconſulti totius oraculum civitatis: tum ex vulgata dictione, ubi homines rem aliquam certiſſimam velint pronunciare, dicunt: Τὰ ἐκ τοῦ τρίποδος, *hæc ex Tripode*, hæc certiſſima perinde quaſi ex Apollinis oraculo profecta. CIC. in epiſtola 2. ad Brutum, Hæc, inquit, ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta. nihil poteſt eſſe verius. vid. ERASM. Adag. 90. Chil. I. Cent. VII.

§. V.

§. V.

Poſt Oraculum Delphicum eminebat in Græcia illud *Trophonii*, quod unum ſua ætate adhuc frequentatum, reliquis omnibus deficientibus, ſcribit PLUTARCHUS. Ritus ibi obſervabantur ſequentes ex relatione PAUSANIÆ Bœot. 34. Ubi ſtatuerit quis in Trophonii oraculum (fuit autem apud Lebadiam Bœotiæ urbem) deſcendere, primum dierum certum numerum eſt ei in ædicula quadam commorandum: eſt illa Δαίμονός τε ἀγαθοῦ ϗ Τύχης ἱερὸν ἀγαθῆς, Bono genio & Bonæ fortunæ ſacra. Illic degens & alia ſuſcipit expiationum genera, & calidis abſtinet aquis; Hercyna fluvio ſe abluit. Carnes ei de victimis large ſuppeditant. Immolat enim qui huc deſcendit, Trophonio, & filiis: Apollini præterea, Saturno, Jovi, cui Regi cognomen, Junoni Heniochæ, & Cereri, quam Europen nominant, ac fuiſſe Trophonii nutricem perhibent. Adeſt aruſpex, qui cæſarum hoſtiarum viſcera inſpectat: ex ea inſpectione vaticinatur, numquid Trophonius pla-

catus jam & propitius conſultorem ſit accepturus. Alia tamen exta non tam perſpicue Trophonii mentem denunciant, verum ea qua quis nocte deſcendit, arietem mactat ad ipſam foveam, invocato Agamedis numine. Exta priora pro nihilo ducuntur, etiamſi maxime fuerint læta, niſi eo ipſo ariete litatum fuerit. Id ubi ita evenerit, ut extorum conſentiat ſignificatio, bona cum ſpe deſcendit conſultor: atque hoc maxime modo deſcendit. Deducunt (ſacrificuli) eum noctu ad Hercynam fluvium; ibi hominem oleo perungunt & abluunt pueri duo ex oppidanorum liberis, annos ferme tredecim nati: Hermas (h. e. Mercurios) illos nuncupant. hi ſunt qui deſcendentem abluunt, quique miniſtrant quæ ſunt opus omnia, ut puerorum eſt captus. Hinc non ſtatim ad oraculum à ſacrificulis, ſed prius ad amnis fontes ducitur: ſunt autem duo inter ſe proximi. Bibenda illic eſt *Lethes* quæ dicitur aqua (h. e. Oblivionis,) quo cunctorum ei, quæ memoria complectebatur, oblivio contingat: *Mnemoſynes* deinde (h. e. memo-

moriæ) aquas potat, ut ne mens effluat, quo minus quæ intra ea penetralia viderit, omnia memoria contineat. Jam ſimulacrum, quod feciſſe Dædalum autumant, contemplatus, (nemini prorſus id oſtendunt ſacerdotes, præterquam iis, qui ad Trophonium ſunt acceſſuri) eo ſigno conſpecto, & cum multa religione votis nuncupatis, ad oraculum progreditur, tunicam indutus lineam, ac tæniis incinctus, ſoleis popularibus in pedes inductis. Eſt vero oraculum ſupra lucum in monte, crepido in orbem candido ſaxo circumducta. Crepidinis ambitus eſt inſtar areæ minimæ, altitudine minore quam cubitûm duûm. Erecti ſunt ſuper crepidine obeliſci, tam ipſi, quam Zonæ, quibus continentur, ænei. Inter eos media ſunt oſtia. Intra ambitum ſpecus eſt, non natura, ſed arte, & certo proportionis modulo quam ſolertiſſime exciſus. Ejus ſubterraneæ cellulæ forma fornaculæ perſimilis: cujus latitudo dimenſa per rectam lineam ab imo ambitu ad ſummum, cubita æquarit plus minus IV. In altum ſubſidit hiatus haud

amplius octo fere cubitûm. Nulli vero gradus conſtructi ſunt, qui ingreſſos ad imum ſolum demittant: ſed ad Trophonium deſcenſuri ſcalas admovent anguſtas æque atque habiles. Ubi deſcenſum fuerit, medium inter ſolum & antri teſtudinem cavernula eſt latitudine duarum ſpithamarum: altitudo vero unius eſſe ſpithamæ videtur. Qui eo penetrarit, humi procumbens, melle ſubactas offas tenens, pedes prius in cavernulam illam immittit: mox genua properat ad pedes adjungere: ſtatim reliquum corpus ad genua contractum, eodem prope modo, quo ſi maximi & concitatiſſimi amnis aquarum vortice correptum fuiſſet, intro abripitur. Qui certe intra penetrale deſcenderint, futura non uno & eodem cognoſcunt modo: ex viſis alius, ex auditis alius id conſequitur. Per easdem fauces patet omnibus reditus; in pedes vero retrogrediuntur. Neminem omnino ex iis qui eo pervaſerint, non reducem evaſiſſe affirmant, uno excepto, qui de ſpiculatoribus Demetrii fuit: illum certe neque eorum quicquam ſacrorum, quæ fieri

fieri ad fanum illud religione ſancitum eſt, feciſſe: & non ſciſcitandi cauſa, ſed quod argentum & aurum ſe aſportaturum ſperarat, introiſſe ajunt. ejus itaque cadaver in diverſam partem, & non per ſacrum hiatus illius oſtium ejectum. Conſultorem à Trophonio reverſum ſacrificuli in ſolio ſtatim collocant, quod Mnemoſynes vocant: poſitum illud eſt non procul ab adyto. Ab eò percontantur quæcunque vel viſa, vel audita reportarit. Ea ubi accepere, iis hominibus tradunt, quibus id officii demandatum eſt. Hi ſublatum hominem in ſellam Bonæ Fortunæ & Boni Genii, in qua veniens primum commoratus fuerat, reducunt, multo illum quidem adhuc terrore attonitum, & ſuimet, atque omnium adſiſtentium oblitum. Reſipiſcit tamen paulo poſt; & priſtina ei mens & viſus redit. Hæc PAUSANIAS ex propria experientia, ut qui ipſe ad Trophonium conſulendi cauſa venerat.

Obſervatio.

STRABO lib. IX. pag. 414. Λεβαδία δ' ἐστὶν, ὅπου Διὸς Τροφωνίου μαντεῖον ἵδρυται, χάσματος

ματος ὑπονόμου κατάβασιν ἔχον· καταβαίνει δ᾽ αὐτὸς ὁ χρηστηριαζόμενος· κεῖται δὲ μεταξὺ τοῦ Ἑλικῶνος καὶ τῆς Χαιρωνείας, Κορωνείας πλησίον. Quis fuerit Trophonius, ambigunt ſcriptores: veriſimile, quod PHAVORINUS in Lex. ſcribit, fuiſſe hominem gloriæ cupidiſſimum: itaque, ut apud poſteros clarior foret, ſubterraneum domicilium in Lebadia Bœotiæ urbe conſtruxiſſe, atque in id ingreſſum futura prædixiſſe: at poſt ejus interitum ſucceſſiſſe Dæmonem, qui vaticinia à Trophonio incoata abſolverit. Præſtantiſſimum certe artificem fuiſſe conſtat ex opere, quod cum Agamede Apollini Delphis fecerat, vid. CICERO lib. I. Tuſcul. Quæſt. Cæterum quod qui ex antro Trophonii redux erat, præ tremore ſibi non conſtabat ſtatim, ſed diu manebat attonitus, ortum eſt proverbium, quod dicitur in homines triſtes & tetricos: Ἐς Τροφωνίου *μεμάντευται*, In Trophonii antro vaticinatus eſt. explicat illud ERASMUS Adag. 77. Chil. I. Cent. VII.

§. VI.

Non minore dignum honore *Amphiaraum* cenſuerunt, cujus oraculum celebratur Oropi, urbe in confinio Atticæ & Bœotiæ ſita. Hiſtoria talis habetur. Amphiaraus Oïclis filius inprimis divinandi peritia commendabatur,

tur, quam in domo quadam fatidica ad Phliaſiorum forum, cum unam tantum noctem inibi dormiſſet, hauſiſſe ferebatur, antea plane indoctus & omnis vaticinandi artis expers. hunc Adraſtus ſocium eſſe voluit in bello Thebano; ſiquidem ex ejus præſentia atque conſiliis plurimum opis acceſſurum ſuis partibus credebat. Ille vero inconſulto deo nihil agendum ſtatuens, quum ex rogato Apollinis oraculo didiciſſet, ſe in expeditione hac moriturum, abſcondit ſe in locum abſtruſum, ſola uxore Euriphyle conſcia, & diu latuit. Tandem ab Euriphyle aureo monili corrupta proditus & captus, arma reſumere & cum cæteris Thebas proficiſci coactus fuit. Ibi ſtatim primo ipſo die, quo caſtra metati eſſent, horrendo terræ hiatu aperto, Amphiaraus cum curru abſorptus periit. Locus ab hoc caſu Ἅρμα dicebatur, ubi exſtructum illi templum, & inſtitutum oraculum, de cujus dignitate ita VALERIUS MAXIMUS lib. VIII. cap. XV. de iis, quæ cuique magnifica contigerunt. Eadem, inquit, gens (Græciæ) ſummo conſenſu ad Amphiaraum de-

decorandum incubuit, locum, in quo humatus eſt, in formam conditionemque templi redigendo, atque inde oracula capi inſtituendo. Cujus cineres idem honoris poſſident, quod Pythicæ Cortinæ, quod aheno Dodonæ, quod Hammonis fonti datur.

Obſervatio.

STRABO lib. IX. pag. 399. Εἶτα Ψωφὶς ἡ τῶν Ὠρωπίων· ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ Ἀμφιαράειον ἐςὶ τετιμημένον ποτὲ μαντεῖον, ὅπου φυγόντα τὸν Ἀμφιάραον, ὡς φησὶ Σοφοκλῆς,

Ἐδέξατο ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις
Αὐτοῖσιν ὅπλοις καὶ τετρωρίςῳ δίφρῳ.

Ὠρωπὸς δ᾽ ἐν ἀμφισβητησίμῳ γεγένηται πολλάκις· ἵδρυται γὰρ ἐν μεθορίῳ τῆς τε Ἀττικῆς καὶ τῆς Βοιωτίας. „Poſt Pſophis Oropiorum, circa quem locum oraculum fuit Amphiarai, olim cultum: ubi fugientem Amphiaraum, ut ait Sophocles,

Thebanus hauſit pulvis hiatu præpete,
Arma & quadrigas abſorbens ſimul & virum.

Oropus ſæpe in controverſiam venit. ſita eſt enim urbs in confinio Atticæ & Bœotiæ. „Reli-

liqua hauriuntur ex SCHOLIASTE *Homeri*, DIODORO SICUL. lib. IV. Bibl. Hiſt. PAUSANIA, aliis. Hic Atticorum 34. ritum exponit conſultorium: Conſulturus Amphiaraum, poſt luſtrationem & ſacrificia, arietem deinceps illi immolat, cujus ſubſtrata pelle dormiens nocturna viſa expectat. Cæterum in laudem Amphiarai veniunt etiam, quæ STRABO lib. XVI. pag. 762. dicit, ubi annumeratur illuſtriſſimis Vatibus, & quæ ÆSCHYLUS in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, in Tragœdia de ſeptem ducibus adverſus Thebas. de eo ſic loquitur. Οὗτος ὁ μάντις σώφρων, δίκαιος, ἀγαθὸς, εὐσεβὴς, ἀνὴρ μέγας, προφήτης.

§. VII.

Poſſum & *alia* Græciæ Oracula enumerare, *Mercurii*, *Bacchi*, *Herculis*, *Æſculapii*, *deorum reliquorum*: ſed hæc ſunt præcipua: reliqua facile ex ipſa Auctorum lectione, ſi lubuerit, adduntur. Omnia vero dudum ſunt abolita cum ipſis Gentiliſmi tenebris, quas etiam hæ terræ per divinam gratiam olim jam feliciter excuſſerunt, ut nunc nihil reſtet, quam ſubmiſſiſſima gratiarum actio, Deo noſtro debita, quod per unicum ſuum filium, Chri-

Chriſtum Jeſum, univerſam fallacium oraculorum multitudinem profligavit, omneſque malos dæmones cum ſuis templis ita voluit everſos, ut nulla eorum appareant veſtigia.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

MAG 2010947

Digitized by Google

Digitized by Google